2 3.

INSTITV-
TIONES LATINAE GRAMMATICAE.

Autore Petro Pherntorphio.

Coloniæ ex officina Melchioris Nouesiani. M. D. XLVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI SALVTEM,

Gosſuuinus Roſcius Scholæ Aquenſis moderator.

Iraberis procul dubio cãdide Lector, quidnam cauſæ ſit, quod hę Grammatices Latinæ inſtitutiunculæ olim a Pero Pherntorphio in gratiã ſuæ iuuentutis peculiariter æditæ, nunc præter omnium fere expectationẽ ceu quibuſdam ab inferis reuocatæ ac pene abolitæ denuo typis excuſæ in publicum proſiliant, præſertim cum præter veuſtiſſimos quosq; eosq; optimos, tot tiam paſſim extẽt inter præclaros ilos, huius noſtri ſeculi ſcriptores, qui Grammatica, vt exquiſite & fideliter

a ñ ita

ita prudẽtiſſime quoq; cõſcripſerint. Quiq; eo conſilio nihilo ſegnius hoc viro, multis quoq; prodeſſe (quæ maxima vere pietatis pars eſt) voluerint. Verum mirari deſines opinor, ſi velali quam inſtituti huius rationem vt cupimus intelligas. Delegerã ſane e multis, tum propter concinnã breuitatem, quam Flaccus in præceptorum traditionibus vnice ſeruãdam moner, tum propter ordinis quoq; commoditatẽ, quẽ plurimum vt alibi ſemper, ita præcipue in tœdioſiſſimis illis Grammaticæ diſciplinæ rudimentis, tenerę ac rudi ætati iam inde a Lallando inculcandis, valere nõ ignoras, haſce præceptiũculas, ei Scholæ prælegendas principio, quã proximo ab hinc biennio Ornatiſſimi huius vrbis Senatus ſumptibus moderandã ſuſceperam, in quam videlicet, vti tunc nouiter cœptam ac pro-

prope cõtinuis aliquot antea annis inusitatam adolescentulorum rudium, analphabetorum, ac nullis propemodum literis imbutorum, adeoq; plane informiũ gregem frequentiusculum quidem formãdum receperam, ad cuius captũ omnis tradendi, demonstrãdiq; ratio penitus demittenda fuerat, planeq; (quod dici solet) crassa ac pingui Minerua agendum, ne videlicet literarum vestibula primũ adeũtibus: penitior accessus aut difficillimus, aut plane imperuestigabilis esse videretur. Quo nomine præ cæteris multis hæc Pherntorphiana Elementa nobis adlubescere cum primis cœperant, ac plane ea esse videri, quæ hunc nostrũ conatum mirifice promotura essent, eatenusq; primam illam nostram huius Scholæ pubem ceu Theseo quopiam filo ductura, vbi paulatim magis,

magisq; ad locupletiores etiam huius artis traditores audiendos matureſcere poſſet, poſt collectum nimirum & firmius aliquanto de re Grammatica iudicium & priora illa præceptionum tedia ſenſim ac velut ſine ſenſu deuorata, deuictaq;. At vero cum in ſtudiorum noſtrorũ curſu medio, exemplarium (quę interim auidiſſime & alibi paſſim diſtrahebantur) copia nos deſtitueret, quid nam quæſo huc vſque progreſſis aliud tentandum erat quã idem autor ad incudem rurſum mittendus? adeoq; recudẽdus denuo, partim ne ſumptibus nouis grauarentur ñ, qui iam hunc promouendorum primorum ſtudiorum gratia diligenter coemerant, partim ne eorũ quoq; memoriæ, qui ipſius præceptiones haud ſegniter didicerant, offuſcarentur noui alicuius ſucceſſione potius quã iu-

uaren-

arentur. Non quod hæ præceptio-
es apud alios non ſint, ſed quod pue
ilis ingenij & ætatis habenda nobis
oret ratio, quam iudicij mire inopem
ſſe, non eſt (qui vel communi ſenſu
bundet) neſcius, adeo vt huic æta
ulæ res quæuis etiam, ne dicam Grã
natices regulę, cum plane ipſæ, eædẽ-
que ſint, aliįs tamẽ atq; aliįs verbis ſub
nde reddite, aliæ quoq; eſſe quã ſint,
liquando videantur. Habes lector cã
lidiſſime inſtituti noſtri rationẽ per-
ɔreuem, quam ſi bene æquoq; animo
udices, nihil temeritatis eſſe commiſ
ſum in hac re puto fateberis. Vale ac
noſtro conatui faue quiſquis es
bonus perpetuo felix. Aquiſ
grani ipſis Idibus Maįs An
no milleſimo quingente
ſimo quadrageſi
mo ſeptimo.

CAR

CARMEN AD IMA
ginem pueri Iesu in Schola Aquensi præfigendam, autore Gosuuino Ro scio Ludimagistro Aquensi.



Digitized by Google

HVnc puerũ pueri, castis effingite primũ
Moribus, hinc sanas addite literulas.
Ut etenim hic solus vitæ sapientis origo,
Regula odoriferæ certa pudicitiæ.
Quẽ quicunq; puer, teneris sectatur ab annis,
Ille pius viuet secula multa senex,
Atq; Deo gratus, tandem post tempora vitæ
Istius emensæ viuet in axe poli,
Clarus: vt igniferi surgentia lumina Solis,
Lunaq; quæ noctis tempora clara facit,
Seu quæcunq; axis splendentia cõtinet astris,
Astra Dei magnum cunctipotentis opus.

DECEM PRAECEPTA Legis.

I. Non habebis Deos alienos coram me.
II. Non assumes nomen domini Dei tui in vanum.
III. Memento vt diem sabbati sanctifices.
IIII. Honora patrem & matrem, vt sis longæuus super terram.
V. Non occides.
VI. Non mechaberis.
VII. Non furtum facies.
VIII. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

IX. Non concupiſces domum proximi tu
X. Non deſiderabis vxorem eius. Non ſ
uum, non ancillam, non bouem
non aſinum, nec omnia, quæ illiu
ſunt.

SVMMA TOTIVS Legis.

Matthæi XXII. Interrogauit Ieſum vnus ex Phariſæis legis doctor tentans eum & dicens: Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus: Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, hoc eſt primum & maximum mandatum.

Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Qui enim diligit proximum legem impleuit. Romanorum XIII.

OFFICIVM DISCIPVLO rum ex Quintiliano.

Diſcipuli præceptorem ſuum non minus quam ipſa ſtudia ament, & parentem eſſe non qui-

dem corporum ſed mentium credant. In
os cœtus ſcholarum læti & alacres conue-
nt, emẽdati non iraſcantur, laudati gaude
, vt ſint chariſſimi ſtudio promerebuntur.
m vt illorũ officium eſt docere, ſic horum
ebere ſe dociles. Alioqui neutrum ſine alte
o ſufficit.

EGES SHOLASTICAE

ſingulis ſeptimanis vel ſemel per ſcholam proclamandæ.

Venientem præceptorem diſcipuli reuerẽ-
r excipiant, abeuntem quoq; honore pro-
quantur.

Præſente præceptore conſileſcat vniuerſa
ubes, eodem abſente ne perſtrepat.

In templo nemo fabuletur, nemo rideat,
emo temere circumſpectet aut quibuſcun-
ue alijs incompoſitis geſtibus conſpicia-
ur.

Sacerdotes, Magiſtratus, Senatores, Se-
es, Ciues, aut alioqui Viros graues, omnis
doleſcens honoret, veneretur, eiſdem aſſur
at.

Parens

Parentes ſuos, hoſpites, patres, matres q
milias ſalutent ſinguli euntes ad ludum, ſ
redeuntes e ludo domum.

Nunquam mentiatur vllus adoleſcens, n
mini maledicat, iurgia vitet & ſimultates.

Lis ſi qua oritur inter pueros, ad magiſt
referent protinus, ne adoleſcat.

Impudica ſiue ſcurrilia, nemo dicat au
faciat.

Pexi ſint lautiq; antequam egrediantur do
mo omnes pueri.

In fluminibus, lacubus, ſtagnis, quia peri
culoſum eſt, nemo lauaturus immergatur.

Piſcari ne quis attentet.

Per plateas, forum, vicos aut vrbis compi
ta, nemo clamabundus, aut citra neceſſitatem
oberret.

Portas nemo egrediatur, citra præceptoris
facultatem.

Ad conficienda negotia miſſi ab aliquo,
in oñes vrbis angulos, ne conñciant oculos,
neu aliorſum quàm quo vadunt diſtorquean
ant facies ſuas.

Ante horam ſtudij mature conueniant in
ludum ibi præceptorem expectent, non ex
pectentur.

A ſchola, ſiue conceſſu præceptoris, ne quis
abs

it.
Lectiones ſuas ſinguli meditentur aſſidue.
Semper Latina loquantur, vti loqui diſ-
nt.
Arma Scholaſtica cuncti præparata ſem-
habeant.

IN SVMMA.

Honeſtatem & ſtudia cuncti iuuenes dili-
nter excolant, vt amentur efficiant, ne corri
piantur merito caueant, & virtutis lau-
dem vt apud omnes emereantur
ſtrenue dum teneri ſunt, ſe-
duloque conten-
dant.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GRAM-

MATICA EST ARS RE-
te loquendi, rectéq; scribendi scripto-
rum lectionibus obseruata.

Partes grammaticæ sunt quatuor: Lite
ra, Syllaba, Dictio, Oratio.

LITERAE LATINORVM sunt viginti tres.

A, b, c, d, E, f, g, h, I, k, l, m, n, O, p, q, r, s,
T, V, x, Y, z.

H, aspirationis nota est. K, item Græ-
canica est litera, & y φιλόμ. Quibus vti-
mur in solis ijs dictionibus, quas à Græ
cis possidemus.

Ex his literis sunt sex vocales: A, E, I, O,
V, Y, quia vel solę vocem faciant. Reliquę
omnes consonantes, Quia vocalibus in
syllabæ pronũciatione consonant.

Quinq; diphthongi nascuntur ex illis
vocalibus: æ, œ, au, eu, ẽ, Græcorum imi-
tatrix diphthongus: vt piscẽis pro pisces.

Semiuocales septem: f, l, m, n, r, s, x, sic
appellatæ, quia plenam vocem non ha-
bent.

Mutæ nouem: b, c, d, g, h, k p, q, t, sic di-

Digitized by Google

ctæ, non quod nihil audiantur, sed quod exiguam partem vocis habeant.

Liquidę quatuor: l, m, n, r, quia post mutas in syllaba collocatæ, faciunt præcedentem breuem syllabam communem.

Duplices duæ: x, z, quia duplicis literæ vim habent: x, valet c s: z, valet s s.

Etiam I & V, duplices sunt nõnunq̃ consonantes. Quãdoq; in initio dictionis sequente statim vocali, Iuno, Venus. Sic Latine recte pronũciaris Iesus dissyllabum, Ioannes trisyllab. Grecis vero nunq̃ cõsonans fit, ergo trisyllabum est illis Iesus ἸΗΣΟΥΣ: quadrisyllabum, Ἰωάννης, & Ἰάκωβος. Quãdoq; in medio: vt peius, quasi pejus maius, quasi maĵus: u pro Aeolio digamma te f, inuenio, pro infenio.

Quę plurima alia Priscianus magno conamine, idq; duobus totis libris, de literarum accidentibus commolitus est: optarem equidem omnibus pueritiæ doctoribus q̃ notissima esse, vt subinde hæc de literis & syllabis mysteria illi ætati iam statim à Lallando impertirent: initianti puero sat erit has literarũ figuras & tractus agnoscere, & quàm rectissime pronunciare in hunc modum.

A,be,ce,de,E, ef,ge,ha,I, ka,el,em,en,O, pe,qu,er,es,te,V,ix,Y ψιλόν,zet.

Ex literis apte cõpoſitis ſyllabæ,e ſyllabis dictiões, e dictionibus oratiões fiũt.

Syllaba, eſt cõprehenſio literarum,conſequens ſub accentu, & vno ſpiritu prolata,vt Deus.

Dictio eſt minima pars orationis cõſtructæ,vt Deus.

Oratio eſt ordinatio dictionum cõgruam ſententiam perfectamq; demonſtrãs: vt Deus eſt ſummum bonum.

¶ Partes orationis ſunt Octo: Nomen, Pronomẽ,Verbum,Participium,Aduerbiũ,Coniunctio,Præpoſitio,Interiectio.

DE NOMINE.

NOmen eſt pars orationis cũ caſu, corpus aut rem ſignificans.

Nomẽ aliud Subſtãtiuũ, Adiectiuũ.

Cui pponit vnus articulus vel duo tm̃i vt hic pater, hic & hæc parẽs. Omnes, hic doctus, hæc docta, hoc doctũ,hic & hæc ſimilis, & hoc ſimile,hic & hęc & hoc felix.

¶Possunt & aliæ faciliores substantiui ab adiectiuo notiones effingi, pro pueriliis ingenij infirmitate adiuuanda.

Hic multæ frugis fuerit adiectiuorum terminationes ante oculos ceu pictas habere. Sunt autem pleræq; omnes hæ,

Hic us, doctus magister secũ,
Hæc a, vt docta, ad formulã musa pri-
(mæ declina,
Hoc um, doctum scamnũ secund,

Hic er, pulcher ater, niger,
Hæc a, vt pulchra piger, sacer,
Hoc um, pulchrum teter, macer,

Hic er, celeber acer,
Hęc is, vt celebris saluber,
Hoc e, celebre volucer,

Hic is, humilis
Hęc is, vt humilis Ad for-
Hoc e, humile mulam
Hic or, memor immemor tertiæ
Hęc or, vt memor bicorpor declina
Hoc or, memor tricorpor tionis,

Hic ax, ex, ix, ox, ux, edax, duplex,
Hæc ax, ex, ix, ox, ux, vt felix, pernox,
Hoc ax, ex, ix, ox, ux, trux.

Hic ns,ps,rs, amans,
Hæc ns,ps,rs, legens,
Hoc ns,ps,rs. biceps,iners.

Et si quæ sunt aliæ.

Non abuteris autem (mihi crede) quantam cunq; hic das operam studiose puer, vt adiectiua facile dinoscas à substantiuis, & sine hæsitatione flectas. Sunt enim adiectiua, substantiuorum quasi vestimẽta. Nunc etiamsi luculẽtæ formæ corpus sit, tamen si vestimentum incompositæ induas, nę vehementer dehoneftes.

NOmini accidũt sex. Qualitas, Species, Figura, Genus, Numerus, Casus.

Qualitas.

Qualitas no minũ, Alia. Propria, quæ vni soli conuenit, vt Iesus Maria. Appellatiua, quæ multis, vt vir, mulier, homo.

Nomen proprium, Aliud.

Prænomẽ Nomen vt Cognomẽ Agnomen — Publius, Cornelius, Scipio, Cornelius. (Africanus. Scipio. Africanus.

Aut singul' notãt lĩis, C. Caius.
Prænoĩa Aut binis, Cn. Cneus.
Aut ternis, Sex. Rosc. sextus.

Species.

Alia primitiua. Alia deriuatiua.

Primitiuæ speciei, quod non habet, vnde productum sit, vt Deus. homo.

Nomen Deriuatiuum, quod aliunde deriuatũ est: vt deitas à Deo, humanus ab homo.

¶ Deriuatiuum Aliud.

Comparatiuum	Doctior	doctus
Superlatiuum	doctissimus,	doctus
Patronymicum	Priamides	Priamus
Possessiuum	Paternus	pater
Abstractum vt	humanitas	human⁹
Diminutiuum	homũculus	homo
Verbale	lector	lego
Participiale	lætabundus	lætans
Aduerbiale	crastinus	cras.

Comparatiuum & Superlatiuum

Ab adiectiuis deriuantur ĩjs duntaxat,

Digitized by Google

xæ significando intendi aut remitti pos
int, Velut doctus, quod significet, cogi-
a, & vide, num possit comparatiuum &
uperlatiuum inde deriuari: nempe potest.
\diectiuum, omnis, nullus, solus, neuter
liaq; permulta, non producere ex se Cō-
aratiua & superlatiua aperte vides, si mo
lo quid significent, primum sciſti. Hæc
leriuatio sic habet:

Tres gradus tibi fingendi sunt.
Positiuus, Primitiuum est no
Comparatiuus, men vnde deriuan-
Superlatiuus. tur.

Nobiles igitur sunt positiui terminati
ones, nempe eæ, quæ superius adiectiuo-
rum commemoratæ sunt, us, a, um, er, is,
e, & cæteræ.

Comparatiuus formatur ab eo casu po
sitiui, qui in i definit addito or: vt doctus
genitiuo docti, adde or, fiet doctior, felix
datiuo felici, felicior.

Superlatiuus quoq; formatur ab eo ca-
su positiui qui in i definit, addito ſ & si-
mus: vt doctus docti, adde ſ & simus fit
doctiſſimus: felix felici feliciſſimus, albus
albi albiſſimus.

Positiuus in r, assumit rimus, factus-

rus ſuperlatiuum: vt niger nigrior nigerrimus: celeber celebrior celeberrimus.

Adiectiua, quæ extra hanc normam Comparatiua & ſuperlatiua figurant, & proinde Anomala vocantur, i. irregularia ferme hæc ſunt.

Poſitiua.	Comp.	Superlat.
Bonus	melior	optimus.
Malus	peior	peſſimus
Magnus	maior	maximus
Paruus	minor	minimus
Multus		plurimus
Dexter	dexterior	dextimus vel dexterrimus.
Siniſter	ſiniſterior	ſiniſtimus

¶Plus in ſingulari comparatiuus neutri generis ſolum, in plurali omnis generis: vt plures, hæc plura, vel pluria.

Magnificus magnificentior magnificentiſſimus, magniloquus, maledicus, & alia eiuſmodi adiectiua in ficus, dicus, & loquus, vt maleficus,, maledicus, magniloquus.

	P.	C.	S.
F	Facilis	facilior	facillimus

ſic difficilis.

a Agilis agilior agillimus
g Gracilis gracilior gracillimus
u Humilis humilior humillimus
s Similis ſimilior ſimillimus, itidem diſſimilis
Docilis docilior docillimus, vel dociliſſimus.

Adoleſcens adoleſcentior
Iunis iunior
Iuuenis iuuenior Superatiuo
Memor memorior carent
Proximus proximior
Senex ſenior

¶ Hæc aduerbia & præpſitiones etiam Cõparatiua & ſuperlatiua ex ſe gignunt.

Poſitiua,	Comp.	Superlat.
Pridem	prior	primus
Nuper	nuperior	nuperrimus
Ante	anterior	ſine ſuplatiuo
Poſt	poſterior	poſtremus
Citra	citerior	citimus
Vltra	vltertor	vltimus
Intra	interior	intimus
Extra	exterior	extremus vel (extimus
Infra	inferior	infimus

Digitized by Google

Supra ſuperior ſupremus vel ſum-
(mus.
Prope propior proximus.

A pronomine ipſe ipſus ſuplatiuus cre-
ſcit ipſiſſimus.

Adiectiua in eus, ius & uus, nõ poſſunt concinne ex ſe facere comparatiua & ſuperlatiua. Sic enim fierent:

Idoneus, genitiuo idonei, addito or fieret adonëior. Induſtrius, gtõ induſtrij, addito or fieret induſtrijor. Ingenuus, ingenui, ingenuior. Vides iniucundum fieri hiatum. Ergo accedunt aduerbia Magis, Minus, formando comparatiuo: Maxime, Minime, ſuperlatiuo: Comparantur ergo in hunc modum.

Poſiti.	Compara.	Superlat.
Induſtrius	magis induſtrius	maxime induſtrius vel induſtrijſſimus
Pius	magis pius	maxime pius (pijſſimus vel pientiſſimus.
Ingenuus	magis ingenuus	maxime ingenuus, ingenuiſſimus.

Quanquam alioqui ad eundem modũ quemlibet comparatiuum, itemq; ſuperlatiuum deducere potes.

Digitized by Google

doctior vel doctissimus vel
octus

magis doctus maxime doctus
Quod quidem ad orationis copiam fa-
t,& id ipsum admonet Erasmus in pri
o de Copia commentario, Capite 45.
46.

Exemplar

ositiuus,	Compa.	Superla.
ic doctus	doctior	doctissimus
æc docta	doctior	doctissima
oc doctum	doctius	doctissimum.
ic celeber	celebrior	celeberrimus
æc celebris	celebrior	celeberrima
oc celebre	celebrius	celeberrimũ.
ic similis	similior	simillimus
ęc similis	similior	simillima
oc simile	similius	simillimum.

Patronymicum.

Patronymicum nomẽ est: Quod à pro-
rijs duntaxat nominibus patrum deri-
atur significatq; cum genitiuo primitiui
ilios vel nepotes. Cum deriuantur à no-
minibus regum, significant populum.

Vt autem debeas formare illa non est

operæprecium docere, partim quod non adeo multa sint, partim quod multo difficillimum sit, certam hic formandi regulam obtinere: hoc tamen faciam. Terminationes tibi dabo, quibus omnia patronymica definant. Tu quibus multi nominis autores vtuntur, vtere audaciſſime.

¶Es terminatio masculinorum patronymicorum primæ declinationis.

Anchisiades,	Anchisæ filius Aeneas.
Priamides	Priami filius Hector.
Atrides	Atrei filius Agamēnon.
Aegides	Aegei filius Theseus.
Pelides	Pelei filius Achilles.
Scipiades	Scipionis populus.
Romulidæ	Romuli populus.

¶Is terminatio fœmininorum patronymicorum tertiæ declinationis.

Tyndaris	Tyndari filia Helena
Tantalis	Tantali filia Niobe.
Chryseis	Chrysæ filia Actymone.
Sicelis	Sicelides musæ.

¶As terminatio fœmininorum primæ declinationis.

Digitized by Google

etias	Aetæ filia Medea.
Thoantis	Thoantis filia Hipſipile
Thaumantias	Thaumantis filia Iris.
Phaſias, à fluuio	Phaſis, Medea Phaſias.
Pelias	à Peleo patre, Pelias ha-
	Achillis (ſta Achillis.

¶ Ne terminatio fœminina patronymicorum primæ declinationis.

Nerine	Nerei filia Nerine Gala-
Adraſtine	Adraſti filia (thea.
Acriſione	Acriſij filia Danae.

Poſſeſſiuum.

Poſſeſſiuum ſiue Denominatiuum nomen, quod cum genitiuo primitiui ſignificat aliquid eorum quæ poſſidentur: vt Euandrius enſis, i. enſis Euandri, domus paterna, i. domus patris.

Abſtractum.

Terminationes nominum abſtractorum ſuut ſeptem.

Tas,	humanitas	humanus.
Edo,	dulcedo	dulcis.
Tudo,	beatitudo	beatus.
Dia, vt	miſericordia à	miſericors.
Tia,	inertia	iners.

Digitized by Google

Lentus, ſomnolentus ſomnus.
Oſus, formoſus forma.

In oſus copiam quandam primitiui ſignificant: vt ingenioſus is dicitur qui ingenij copiam habet: Sic formoſus qui formę copiam. Vide Au. Gell. Noctium lib. 4. cap. 9. Et Vall. lib. 1. cap. 23.

Diminutiua

Diminutionē ſui primitiui ſignificant. Varie definunt, & plerunq; eiuſdem generis ſunt, cuius Primitiua.

Vlus	Piſciculus	Paſſerculus
Vla	Ancillula	auricula
Vlum	Amiculum	corculum
Ellus	Miſellus	tenellus
Ella	Miſella	tenella
Ellum	Miſellum	tenellum.

After

Imitationem, & quendam contemptū notant, vt:

Philoſophaſter, imitator philoſophorū.
Poetaſter, poetarum imitator.
Paraſitaſter, paraſitorum imitator.

¶ A Comparatiuis quædam: meliuſculus, Celeriuſculus, Pluſculus.

Verbale

Id nomen dicitur, quod à verbo deriua
im est. Idq; à supinis verborum, in u, in
as terminationes.

io	lectio	lectu, u in io verso.
or	lector	lectu u in or verso.
s	cõspectus	conspectu assumpto s.
rix	victrix	victu, u in rix verso.
ra	mistura	mistu ra addita.
x	Mordax, Rapax, Loquax.	
Men	Flamen, Stamen.	

Mentum, Incrementum, Monumẽtum,
ion à supino, sed tamen à verbis, nescio
qua formatura.

Participiale

Quod à participio deriuatur in has ter-
minationes.

Ilis,	Amabilis.
bundus,	Lætabundus.

Aduerbiale

Quod ab Aduerbio venit, vt Crastinus
à cras, hodiernus ab hodie.

Sunt & alij deriuandi fontes veluti in
etum, vinetum, quercetum, salicetum: Cõ
prehensiua siue continentia.

Digitized by Google

Aceus	Herbaceus	herba
Arius vt	Linthearius ab	lintheū, offi
		(ciū significātia,
Orius	Vxorius	vxor
Bulum	Stabulum, Pabulum.	

Quos plurimos adhuc ostendit Priscianus in 4. & Valla in primo Elegantiarum cap. 8.

Hic studiose puer fac plurimum desoperę, plurimum, mihi crede, fructus hinc relaturus, adeo dum cognoscis, quæ dictio quam ex se pariat, deriuetq; & istuc obserua vel mea fide, donec multum temporis in hac re contriueris.

Figura.

Simplex, vt decens, potens.

Composita, vt indecens, impotens.

Simplicis figuræ dictio, cui nihil appositum est: vt decens, potens.

Compositæ, cui aliquid appositum est, vt indecens, impotens.

¶Facile agnosces opinor, an ex duabus, tribusve dictiōibus composita sit dictio, an non.

Genus.

Digitized by Google

¶ Genera nominum ſunt ſeptem.

Maſculinum,	hic vir.
Fœmininum,	hæc mulier.
Neutrum,	hoc animal.
Epicœnum,	hic corus: hęc pica
vel Promiſcuum	
Commune,	hic & hęc ſacerdos
Omne	hic hæc hoc felix
Dubium	hic vel hæc dies
	hic vel hoc vulgus
	hęc vel hoc animãs

Tribus rebus facile agnoueris, quæ dictio cuius generis ſit, videlicet:

Significatione Si videas, quid vnaquęq; dictio ſignificet, num marem, num fœminã, num arborẽ, aut tale quiddã.

Terminatione Si videas, quomodo terminetur, num in A, E, I, O, V: num in al, el, il, ar, er, & cæteras nominum terminatiões, quas tibi paulo poſt ordine bono recenſebo.

Exemplo Si forte exemplum in promptu ſit tibi, puta verſus ex Vergil. Horatio, Plaut. Te-

rentio, aut alio quouis bonæ fidei autore: atq; inibi reperias hoc vel hoc genere vsurpatam dictionem, ne dubita in eodem genere vsurpare & tu. Nescis cuius generis sit Vulgus, & neque significatio, neq; terminatio indicat: forte fortuna habes in memoria hunc Vergilij versum: Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Ibi in neutro vsurpat Vergilius vocabulum Vulgus: vsurpa & tu similiter.

Nec ex significatione nec ex terminatione discere potes, cuius generis sit facinus, forte memoriæ adhæsit, quod dicit Terentius: Indignum facinus. Dic & tu similiter.

Est quidem illud (puta genus exemplo agnoscere) certissimum. Verum puero literas primum teneris adhuc labris gustanti, nihil commodum. Nam non quæ at opinor scriptores bonos multos, qui est puer admodum, & primum docendus datur præceptori, perlegisse. Et idoneum iam eiusmodi scriptoribus legendis pernoscere ista oportet. Ergo vetsato in libris bonorum autorum vsu veniet quandoque Exemplo genus co-

Digitized by Google

noſcere: Puero iam primum Grammaticæ Candidato pauculas quaſdam regulas præſcribemus. Ad quas exiget omne nomen in lectione obuium.

Primum igitur tibi cognoſcituro genus in nomine, curſitandum ad ſignificationem. Ibi ſi non iuueris, diſcedendum ad terminationis contemplationem. Atque hic faxo, ne ſine auxilio diſcedas.

Exceptionum molibus nuſquam te turbabo, niſi ſicubi te alio pacto iuuare non queam. Id quod tamen fecere omnes, quos ego nouerim Grammaticæ doctores.

Primum quomodo ex ſignificatione ſeu manu duci queas ad cognoſcendum Genus, Septem regulas accipe.

Prima

¶Propria nomina virorum, ſunt maſculina: vt Ieſus, Petrus, Paulus.

Secunda

¶Nomina propria mulierum ſunt fœminina: vt Maria, Anna, Glycerium, Thais.

Solis maribus data, ſunt maſculina: vt hic Papa, Epiſcopus, Rex.

Nomina appellatiua.

Solis fœminis data, ſunt fœminina: vt hæc Regina, hæc mater.

Vtriq; ſexui, hoc eſt, & maribus, & fœminis ſub vna terminatione, communia ſunt:

Parens, nam & pater & mater parens eſt: ergo hic & hæc parens: hic & hæc conuiua.

Quarta.

Noſa pria — Fluuiorum, ſunt Rhenus, Moſa. Ventorum, maſculia — vt Zephirus, Boreas Menſiũ, — Ianuarius, Iunius

Quinta.

¶ Arborum nomina ſunt fœminina: vt fagus, quercus, meſpilus, pomus, prunus, morus.

Oleaſter, pinaſter, pyraſter, ſpinus, libanus, ſunt maſculina.

Robur, ſuber & buxum, ebenum, &c. arborum in um ſunt neutra.

Sexta.

Literarum nomina & quæcunq; dictiones vſurpantur, non pro eo quod ſignificant, ſed pro illa (vt ita dixerim) mortua voce, Neutra ſunt A, B, C, D, Heſternum Cras, iſtud κύριε ἐλέησον.

Septima.

Adiectiua ſunt generis omnis vel

ſub terminationib.

Vna terminatiõe, vt quatuor, quinq;, ſex, &c. hic hæc hoc edax, fœlix.

Duabus terminationib. hic ſimilis, hæc ſimilis, hoc ſimile.

Tribus terminationibus hic doctus, hæc docta, hoc doctum, hic celeber, hæc celebris hoc celebre.

Hic accumulabis varia adiectiua, ſi peritus Grammaticæ euadere velis.

Has ſeptem regulas habe pro cognoſcẽdo Nominis genere, quantum ad ſignificationem. Iam quotieſcunq; Nomen agitas, vide num poſſis his regulis iuuari. Sin ſecus perge inſpicere, quomodo deſinat nomen, num in A, E, num in al, el, nũ in as, es, & cæteras terminales deſinẽ-

tias: ſuper quibus poſt hæc quaſdam regulas adferam ſatisfacturas ex terminatione agnoſcendo generi breuiuſculas adeo & modicas. Nam data hac regula: In A ſunt fœminina, quorſum attinet aduehere exceptionum plauſtra in hunc modum? Excipitur Papa, Poeta, Collega, quæ maſculina ſunt. Communia, Aduena, Incola. Item in o ſunt maſculina: Excipitur homo, helluo. An non ſat erat puero memoris memoriæ ſemel didiciſſe? Nomina ſolis viris data, eſſe maſculina, ergo Papa, Poeta maſculina ſunt.

Vtrique ſexui data, eſſe communia: ergo homo communis generis, Proinde quid prodeſt hæc toties recoquere? Vtre vera mors ſit puero toties poſita Braſſica.

¶ Epicœnum ſeu promiſcuum genus dicitur, quod vel maſculinum, vel fœminum, vel dubiũ eſt, ſignificans animal vtriuſq; ſexus: vt hic paſſer, hęc aquila, hic vel hæc bubo.

Hic tibi diligenter inſpicienda eſt terminatio, aut exemplũ e ſcriptore quopiam ſumptum, vt ſcias quo in genere vſurpare debeas. Nam quanquam noris paſ-

er esse generis Epicœni, tamen caue dicas hæc passer, sed hic passer. Quod in Er, sint masculina: aquila, hæc aquila. Nam in A sunt fœminina: talpa, hic talpa. Quia Vergilius dixerit: Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

¶ Communis generis sunt ea nomina, quæ sub vna terminatione dantur vtrique sexui: aduena, terrigena, incola, homo, nemo, fullo, pellio, ganeo, helluo, virgo, latro, edo, fur, augur, Agrippinas, Arcas, ales, antistes, cœles, cocles, comes, eques, hospes, indiges, interpres, miles, obses, pedes, præses, præstes, hæres, uates, canis, ciuis, contubernalis, dis, hostis, perduellis, sodalis, iuuenis, testis, bos, custos, compos, impos, sacerdos, sus, auceps, cliens, celebs, infans, parens, princeps, opifex, artifex, iudex, carnifex, vindex, auspex, aruspex, Cappadox, Allobrox, coniunx.

¶ Dubiŋ generis sunt ea nomina, in quibus efferendis autores variarunt, vt tu dubites, in quo genere efferre debeas.

Dies in masculino protulit Terentius: Festus dies hominis. In fœminino Lactãtius: Salue festa dies.

Ex terminatione.

Nomina in A, ſunt fœminini generis,	vt:	Muſa, Penna, Schola.
In ma tertiæ declinationis, neutra ſunt,	vt:	Dogma, Diadema, Poema. Dama,
Dubij generis,	vt:	Panthera, Talpa.
In E	Latina tertiæ declinationis Neutra ſunt, vt	Cubile, Mare, Ouile, Equile.
	Græca fœminina, vt	Ethice, Crambe
	Subſtantiua Neutri gen.	Gummi, Flocci.
In I	Adiectiua oĩs gñis & oĩa indeclinabi. vt	Eiuſmodi, Cuiuſmõi. Sermo,
In O maſculina,	vt:	Carbo, Pugio.
In Go	Dogtm̃ mittẽtia in inis ſunt fœĩa, vt	dulcedo, pœnitudo, imago.
In Io	Verbalia,	Lectio, abitio.

Digitized by Google

Fœminina ſunt		regio communio rebellio caro.
Dubij generis		bubo margo cupido,pro (cupiditate. talio.
	V	cornu, genu, gelu, veru.
	C	lac,halec.
	D	aliud,quid,quod.
	T	caput,ſinciput,occiput,
Neutra in	Y	moly.
	Al	animal,tribunal,Sal maſ cul. & neutrũ: in plurali tantum maſculinum.
	El	fel,mel.
	Il	nil,nihil. Mugil maſcu= (lini generis.
	Ol	maſc. ſol
	Vl	gñis conſul,procõſul.
In	Am oñis	nequam
	Em gñis	totidem.
	Im terminatio Latinorum (non eſt.	

Vm Neutra ſcamnum, naulum, (templum.

An Titan, pæan.

In In maſcul. vt delphin.

On Agon, canon, dæmon, helicon.

In En neutri ge. ſunt: Culmen, Fulmen, Lumen.

Maſculina ſunt: Lien, ren, ſplen, tibicen, cornicē, oſcen.

In Ar neutri generis: Coclear, puluinar.

Maſculina: nar, arar.

In Er maſculina: vt magiſter, puer, miniſter.

In Ver, Ber, neutri ge. Cadauer, ver, papauer, vber, zingiber, verber, iter, ſpinter, piper, cicer, ſiler.

Dubij generis hic vel hæc Linter.

Ir maſculini Vir, Treuir.

In Or generis vt amor, color, decor.

Neutri generis vt Aequor, ador, marmor, cor.

In Vr Neu. ge. ebur, femur, fulgur, robur.

maſcu. furfur, vultur.

In As Fœminina Ciuitas, pietas.

Maſculina Adamas, elephas.

Neutrum Vas vafis.

Digitized by Google

Es fœmini i generis, vt

Clades
Cædes
Species
Facies.

Maſculina

Satelles palmes ames
cæſpes termes gurges limes merges
poples ſtipes trames aries lebes magnes paries verres
pes ſemipes tapes.

Dubij generis

Dies palumbes torques.

In Is fœmin.

auis bilis cutis
Caſſis, pro galea.

Maſculina ſunt

Axis, ędilis, caſſis huius caſſis pro rete, caulis, collis, crinis, enſis, follis, fuſtis, ignis lapis, menſis, molaris, natalis, orbis, panis, piſcis, poſtis, ſanguis, riualis, vomis, vectis, vermis, vnguis, aſſis.

Digitized by Google

Dubij hic vel hæc	Amnis, anguis, finis, canalis, cinis, clunis, assis pro assere, corbis, funis, restis, puluis.	
In Os masculina	flos heros, mos.	
Fœminina	cos, dos.	
Neutra	Os oris, Os ossis, Chaos, Melos Græca.	
In Vs masculina	Secũdæ decli Tertiæ nati Quartę onis:	Deus, angelus, annus lepus, tripus. fructus, gustus.
	Secũdæ	Domus, humus, colus, eremus, exodus, synodus, methodus, diphthongus, Aegyptus, Damascus.
Fœminina	Tertiæ	Virtus, salus, iuuẽtus, senectus: utis in gtõ habentia.
	Quartæ	Manus, porticus, acus, idus, pluralis numeri.
Neutra	Secundæ declina.	Virus, vulgus, pelagus.

Digitized by Google

		Corpus, decus, oris in gtō ha- facinus, (bentia acus,
Neutra	Tertiæ	fœdus, eris in gtō ha- funus, (bentia. genus. Crus, ius, uris in gtō rus, (monoſyllaba. pus, thus.

Comparatiua in us Neutra: vt doctius, melius.

Dubij	hic vel hæc	Abyſſus, aluus, Cryſtallus, carbaſus, groſſus, labyrin- thus, grus.

Hic vel Hoc	vulgus.	Hic vel Hęc vel Hoc penus, ſpecus,

In	Aes, Maſculi.	Præs.
In	Aus, fœmini.	Laus, fraus.
	Neutrum	Aes,
In s, cōſonan tē ante s ha- bentia,	fœmi nina,	Trabs, plebs, vt hyems, ſcobs, vrbs.

Digitized by Google

Masculini generis		Chalybs, dextãs, dodrãs, quadrãs, triẽs, oriẽs, occidẽs, torrẽs, dens, bidens, tridẽs, fõs, põs, mõs, griph, epops, hidrops, merops, ciclops.
Dubij ghis		Scrobs, frõs, adeps, forceps, serpens, rudens, hic vel hoc animans.
In Ax	Masculi.	Trax, nyctícorax, harpax, &c.
	Fœmini.	Fax, pax.
In Ex	Mascul.	rex, codex, culex, pulex.
	Fœmin.	Lex, nex, vibex, supellex, carex, forfex, forpex vitex, halex.
Dubij generis hic vel hæc		Silex, cortex, imbrex, pumex, obex, frutex.
In Ix	Fœmini.	salix, nix, coxendix, radix, pix.
	Masculi.	fornix, calix, phœnix.
	Dubij	hic vel hęc perdix, lodix.
In	Ox	nox, vox, celox.
	Vx fœmina	crux, nux, frux, lux.
	Yx	styx.

Digitized by Google

Maſculina	Calyx, Bombyx.
	Onyx,
Dubij generis	Sardonyx,
	Coccyx.
In Aex fœmininum vt	Fæx.
Aux	Faux.
Fœminina	Falx, calx, lanx, phalanx, ſpinx, arx, merx.
Maſculina	Quincunx, ſeſcunx, ſeptunx, decunx, deunx.
Dubij hic vel hęc	Calx pro imo pede.
	Linx.

Numerus.

¶Numeri nominum duo ſunt

Singularis vt hic magiſter, magiſtri, &c.

Pluralis vt hi magiſtri, horum magiſtrorum, &c.

Caſus.

Caſus nominum ſunt ſex:

Nominatiuus
Genitiuus
Datiuus
Accuſatiuus
Vocatiuus
Ablatiuus.

¶Per hos caſus nomina, pronomina, participia inflectuntur. Nominũ quin-

Digitized by Google

que ſunt flexiones ſeu declinationes. Vbi hæc præſcire commodum fuerit.

Nomina neutra habent tres caſus ſimiles	Nominatiuum Accuſatiuum Vocatiuum

Hiſpfi caſus in numero plurali neutrorum in A deſinunt.

Nomi natiuo	ſcamna felicia	Accuſatiuo	ſcamna felicia
hæc	cornua	hæc	cornua

Vocatiuo o ſcamna, o felicia, o cornua.

¶ Vocatiuus plerunq; ſimilis eſt nominatiuo, idq; in vtroq; numero.

In ſingulari Ntõ	hic magiſter hæc muſa hic ſacerdos	Vtõ o	magiſter muſa ſacerdos
In plura li Nomi natiuo	hi magiſtri hæ muſæ hi ſacerdotes	Vtõ o	magiſtri muſæ ſacerdotes

Genitiui plurales in um vt deſinunt: magiſtrorum, muſarũ, ſacerdotum, fructuũ, ſpecierum.

¶ Datiuus & Ablatiuus pluralis ſimiliter deſinunt vel in is vel in bus.

magiſtris	magiſtris.
muſis	muſis.
ſcamnis	ſcamnis
Dtō his ſacerdotib. Abl.	ab his ſacer- (dotibus.
fructibus	fructibus.
ſpeciebus	ſpeciebus.

De Declinatione

PRima declinatio tres habet termi nationes.

A,	muſa.
As,	Aeneas.
Es,	Anchiſes.

Formula primæ declinationis.

	N.	G.	D.	Acc.	V.	Abl.
	A,	æ,	æ,	am,	a,	a.
ſing.	As,	æ,	æ,	am,	a,	a.
	Es,	æ,	æ,	en,	e, vel a,	e, vel a,
Plur.	æ,	arum,	is,	as,	æ,	is.

Exempla.

Singulariter.

¶Nominatiuo hic poeta, Genitiuo huius poetę, Datiuo huic poetę, Accuſatiuo hunc poetam, Vocatiuo o poeta, Ablatiuo ab hoc poeta.

Digitized by Google

Pluraliter.

Nominatiuo Hi poetæ, Gtō horum poetarum, Dtō his poetis, Accuſatiuo hos poetas, Vocatiuo o poetæ, Ablatiuo ab his poetis.

Sing. Nominatiuo hæc muſa, Gtō huius muſæ, Dtō huic muſæ, Actō hanc muſam, Vocatiuo o muſa, Ablatiuo ab hac muſa.

Plur. Nominatiuo hæ muſæ, Gtō harū muſarum, Datiuo his muſis, Accuſatiuo has muſas, Vocatiuo o muſæ, Ablatiuo ab his muſis.

Sic Equa, Afina, Mula, Dea, Liberta, Filia, Nata, Duæ, Ambæ. præterquam q̄ in dtō & abltō plurali vt bus habent abus equabus mulabus afinabus

Singula. Hoc paſcha, huius paſchæ, huic paſchæ, hoc paſcha, o paſcha, ab hoc paſcha.

Vel ſic tertiæ declinationis.

Digitized by Google

Hoc paſcha, huius paſchatis, huic paſchati, hoc paſcha, o paſcha à paſchate.

Plurali numero vſurpatum non memini apud Latinum ſcriptorem. Hebræi nihilominus ſuum ſeruant ius.

Sing. Hic Hæc aduena, huius aduenæ, huic aduenæ, hunc hanc aduenam, o aduena, ab hoc ab hac aduena.

Plu. Hi Hæ aduenæ, horum harum aduenarum, his aduenis, hos has aduenas, o aduenæ, his aduenis.

Sing. Hic vel hæc dama, huius damæ, huic damæ, hunc vel hanc damam, o dama, hoc vel hac dama.

Plura. hi vel hæ damæ, horum vel harum damarum, his damis, hos vel has damas, o damæ, his damis.

Exemplum de As

Sing. Hic Andreas, huius Andreæ, huic Andreæ, hunc Andream, o Andrea, hoc Andrea.

Exemplum de Es

Singulariter Hic Priamides, huius priamidæ, huic priamidæ, hunc priamiden vel priamidam, o priamide, vel priamida, hoc priamide vel priamida.

Hi priamidæ
horum priamidarum
Plura. his priamidis
hos priamidas
o priamidæ
ab his priamidis

Secunda declinatio.

Secunda declinatio habet sex terminationes

Er	magister
Ir	vir
Vr	satur
Vs vt	dominus
Eus	Tydeus
Vm	scamnum

Formula Secundæ declinationis.

	N.	G.	D.	Acc.	V.	Abl.
	Er				er	
	Ir				ir	
S.	Vr	i	o	um	ur	o
	Vs				e	
	Eus				eũ	
	Vm				vm	
P.	i.	orum	is	os	i	is
	a			a	a	

In neu. g.

In hoc genitiuo plurali solet sæpicule fieri syncopa, Deum pro deorum: pro Deũ atq; hominum fidem.

Digitized by Google

Sing. Hic magiſter, huius magiſtri, huic magiſtro, hunc magiſtrum, o magiſter, ab hoc magiſtro.

Plur. hi magiſtri, horum magiſtrorum, his magiſtris, hos magiſtros, o magiſtri, à magiſtris.

Ir

Sing. Hic vir, huius viri, huic viro, hũc virum, o vir, ab hoc viro.

Plura. Hi viri, horum virorum, his viris, hos viros, o viri, ab his viris.

Vr

Sing. Hic ſatur, huius ſaturi, huic ſaturo, hunc ſaturum, o ſatur, ab hoc ſaturo.

Plur. Hi ſaturi, horum ſaturorũ, his ſaturis, hos ſaturos, o ſaturi, ab his ſaturis.

Hæc ſatura, tanquam muſa primæ declinationis.

Hoc ſaturum, Inſtar ſcamnum, ſecundæ declinationis.

Vs

Sing. Hic dominus, huius domini, huic domino, hunc dominum, o domine, ab hoc domino.

Pluralis Hi dominì, horum dominorum, his dominis, hos dominos, o domini, à dominis.

Singularis Hæc fagus, huius fagi, huic fago, hanc fagum, o fage, ab hac fago.

Plu. Hæ fagi, harum fagorum, his fagis, has fagos, o fagi, ab his fagis.

Singu. Hic vel hoc vulgus, huius vulgi, huic vulgo, hunc vulgum, vel hoc vulgus, o vulgus, vel o vulge, ab hoc vulgo.

Plurali caret.

Sing. Hoc Pelagus, pelagi, pelago, pelagus, pelagus, pelago.

Plurali caret. Sic virus.

Sin. Hic & hęc búbalus, huius bubali, huic bubalo, hunc & hãc bubalum, o bubale, ab hoc & ab hac bubalo.

Plur. Hi & hæ bubali, horũ & harum bubalorum, his bubalis, hos & has bubalos, o bubali, his bubalis.

¶ Vocatiuus in omnibus declinationibus in vtroq; numero nominatiuo est similis.

In Vs secundæ declinationis faciũt Vocatiuum in e: vt Nominatiuo dominus, Vocatiuo o domine.

n Ius propria nomina abiiciunt illud
is vt Laurentius, o Laurenti. Egidius, o
gidi. Fabius. o Fabi. Ouidius, o Ouidi
vnum appellatiuum, vt filius, o fili.
Populus, fluuius, Deus agnus, in vocati
o retinent us, & quandoq; in e mutanti
populus, vel o populе.

Eus

Terminatio eſt Græcanica, Latini iam
ſurpant diſſyllabam, vt Orpheus tiã mo
ioſyllabam diphthongon, ορφεύς.

Latina terminatio in eus diſſyllaba

Hic Orpheus, huius Orphei, huic Or
pheo, hunc Orpheum, o Orphee, ab hoc
Orpheo.

εύς

Græcanice in eus monoſyllaba

εύς ẽ

Hic Orpheus, huiꝰ orpheos, huic orphei,
hũc orphea, o orpheu, ab hoc orpheo.

Vm

Sin. Hoc ſcãnum, huius ſcamni, huic ſcã
no, hoc ſcamnũ, o ſcamnũ, ab hoc ſcãno.
Plu. Hæc ſcãna, horũ ſcamnorum, his
ſcamnis, hæc, o ſcamna, ab his ſcamnis.

Sing. Hęc Glycerium, huius glycerii, huic glycerio, hanc glycerium, ab hac glycerio.

Tertia declinatio

TErtia declinatio plurimas habet terminationes. Priſcianus in 7. numerat ſeptuaginta octo vel paulo plures, In A correptam, in E correptam, in O correptam, in O productam, &c.

Breuiter ſic agnoſcũtur nomina tertiæ declinationis, quæ genitiuum ſingularẽ in is formant, cuiuſcunq; tandem terminationis reperiantur: poema, poematis, cubile, cubilis, &c.

Hic non eſt facile genitiuum à nominatiuo deriuare. Proinde per ſingulas terminationes annotanda ſunt aliqua, vti facilius genitiuos & deinceps reliquos obliquos deriues.

A

In A tertiæ declinationis aſſumunt tis, vt poema poematis, Græcanice poematos, ſtemma ſtemmatis.

E

In E nomina, E in is mutant in geniti

ɔtcubile,cubilis:mare,maris.
In Acvnum eſt nomen duntaxat,ſcili
et lac, lactis.
In Ec itidem vnum:halec,halecis.

O

In O habent onis in genitiuo: vt carbo
:arbonis, ſermo ſermõis, penultima pro
lucta.

Quædam penultima correpta: vt Brito
britonis, Macedo Macedonis, Vangio
Vangionis,Saxo Saxonis.

	Apollo		Dulcedo
	Virgo	Do	Formido
	Turbo		Pœnitudo
Hæc	Margo	Fœmi	
habẽt	Nemo	nina	
inis:	Homo		Imago
	Ordo	Go	Sartago
	Cardo		Fulgo

Dido didonis penulti.producta.
Vnedo vnedonis Caro carnis.

In L

Aſſumũt is penultim. producta Animal animalis,vecti gal vectigalis,Michael elis, Raphael elis, ſol ſolis.

Assumunt is penult. correpta

Sal salis, Annibal Annibalis, Hasdrubal Hasdrubalis, Maharbal maharbalis, Fel fellis, mel mellis. Mugil mugilis, pugil lis. Consul consulis, Exulcerulis.

In An, En, In,

Assumunt is penul. prod.

Pæan pæanis
Lien lienis
Splen splenis
Ren renis
Siren sirenis
Delphin delphinis.

In En.

Mutant En in inis

Carmen carminis
Omen ominis
Stamen staminis
Fulmen fulminis
Pecten pectinis
Numen numinis
Semen seminis
Flamen flaminis
Stramen straminis
Acumen acuminis
Cacumen cacuminis

Digitized by Google

In On

Canon canonis findō findonis, gnomō, Damazon, Lacedæmon,

Onis pe.cor. Agamemnon, Palæmon, Architectō, Amphaon.

Agon, Python, Trygon, Babylon, Citheron, Helicon, Simon,

ıęda

Onis pe.pro. Simeon, Solomon, Dion, Endymiō, Damon.

Chamęleon, Horizō, Scazon, Acherō, Phlegeton, Xenophon, Phaeton.

Ontis

In Ar

Quędā pe.cor. Cęſar, Iaſpar, Baltaſar, lar, par, cōpar, nectar, iubar.

Aſſumunt ris

Calcar, exemplar, lupanar, torcular, puluinar, laquear.

Quędā pe.pro.

Far farris.

Hepar hepatis.

	Aer aeris, agger
	anſer, æther, ca
	cer, vber, verber,
penul. cor.	tuber, piper, ca
	dauer, pauper,
Aſſumũt ris	zingiber.
	Ver, crater, chara
	cter, ſtater, Muli
pẽnul. pro.	er mulieris, pe
	nul. communi.
Bris	Imber imbris, ſe
	ptember, octo
	ber, nouember,
	december, cele
Hæc habẽnt	ber, ſaluber.
Cris	Acer acris, alacer
	alacris, volucer.
Tris	Pater patris, ma
	ter, frater, accipi
	ter, linter, ven
	ter, marſpiter,
	dieſpiter, opi
	ter, cãpeſter, ſyl
	ueſter, paluſter,
	equeſter, pedeſ
	ter, ſeq̃ſter, vter.

Digitized by Google

Iter habet itineris,
Iupiter Iouis.

In Or

Honor honoris, lector, doctor, pastor
victor, amor, timor, autor, doctior, melior, peior, color, cõcolor, discolor.
arbor arboris, marmor marmoris,
memor, æquor, decor, bicorpor, tricorpor, rhetor, Hector.

pe. pro.

pe. cor.

umũt ris

Ador adoris penult. communi.
Cor cordis.

In Vr

Adsumunt ris, penultima correpta
Fulgur, guttur, ligur, murmur, turtur.
Fur furis penultima producta.

Hec habent oris penultima correpta
Ebur,
Femur,
Iecur,
Robur,

t

In As

Habẽt atis	Aeſtas æſtatis, piet pietatis, honeſtas h neſtatis, maieſtas m ieſtatis, bonitas bon tatis, charitas, ciu tas, &c.
Antis	Gygas, elephas, cor bas, Calchas, bias, A las, Adamas, acraga
Habent Adis pe. correp.	Arcas arcadis, cyclas decas, dypſas, dorca hebdomas, lampas monas, olympias, P las.
As aſſis, Mas maris,	Vas vadis, vaſis, Anas anatis

In Es

Mutãt es in is.	Ariſtoteles Ariſtote lis, Diogenes, vates vertres, rupes, lues, cl des, labes.
Etis pe. cor.	Abies abietis, hebes, i diges, impes, interpre paries, perpes, præpes ſeges, teges, teres.

Etis pe. pro.	Cres cretis, inquies, locuples, lebes, magnes, manſues, palmes, quies.
Etis vel is penultima longa.	Chremes Chremetis, vel Chremis, Dares, Ganges, Laches, Thales.
Itis pe. correp.	Ames amitis, cæſpes, fomes, gurges, limes, merges, palmes, poples, ſatelles, ſtipes, termes, trames, diues, ales, antiſtes, veles, cocles, comes, eques, pedes, hoſpes, miles, ſoſpes, ſuperſtes.

Pes pedis, bipes bipedis, compes compedis, tripes, quadrupes, cum compoſitis ſuis, penultima correpta.

Hæres hæredis, merces mercedis, penultima producta.

Ceres Cereris.

In Is

¶Habent genitiuum nominatiuo ſimilem.

Auis huius auis, canis, caſſis pro rete, clauis, collis, dulcis, exanguis, follis, hoſtis.

Idis penultima correcta.

Aſpis aſpidis, ægis, Adonis, bolis, caſſis pro galea, cuſpis, ibis, pixis, tyrannis, lebetis, paropſis, Aenēis, Thebais, Achillēis, Dardanis, Priamis, Chryſis, Amaryllis, Lais.

Is vel idis.

Adonis huius Adonis, vel Adonidis, Tybris, Buſiris, Paris, iris.

Neapolis huius Neapolis.
Græcanice Neapolios, Neapoleos.

Sanguis	ſanguinis.
Quiris	quiritis.
Pollis	pollinis
Vomis	vomeris.
Puluis	pulueris.
Lis	litis.
Dis	ditis.
Glis	gliris.
Cinis	cineris.
Samnis	ſamnitis.
Semis	ſemiſſis.

In Os.

pe.pro Sacerdos sacerdotis, nepos, cossa-
aciunt Otis dos, ægoceros, monoceros, rhinoceros.

pe. cor. Compos, impos.

Flos floris, mos,
pen.pro. ros, glos, labos, honos, lepos, os oris.
Oris

pen.cor. Arbor arboris.

Heros herois, Minos minois, Tros tros, os ossis, exos exossis, custos custodis, bos bouis.

In Vs.

Doctius doctioris,
pe.pro. melius melioris, maius, charius, Comparatiua.
Faciũt oris

Lepus leporis, corpus, decus, facinus,
pe.cor. tempus, pecus, stercus, nemus, pectus.

Acus aceris, funꝰ, fœdus, genus, hulcus,
Eris penul. correp. latus, opus, holus, põdus, munus, onus,

ſydus, ſcelus, rudus, viſcus, vetus, vulnus
Venus, vellus.

Vris pen. pro. Crus cruris, ius, mus, plus, pus, rus, thus, tellus.

Vtis pen. pro. Virtus virtutis, ſalus, iuuentus, ſenectus.

Odis penu. cor. Oedipus œdipodis, mes lampus, daſypus, tri pus, antipus, ſciopus, Græca.

Vdis penu. pro. Incus incudis, palus pa ludis.

Intercus intercutis penultima correpta.
Grus gruis, ſus ſuis.

In ys

Botrys botryis vel bo

Faci yis vel yos trios.

unt Græcanice Erinnys erinnyis vel erinnyos.

In Aes

Duo ſunt Aes æris
Præs prædis.

In Aus

Duo ſunt Fraus fraudis
Laus laudis.

Digitized by Google

In Bs & Ps

Faciunt genitiuum l interposita ante vltimum s, penultima correpta.

Aethiops æthiopis, cæcrops cęcropis, epops epopis, chalybs chalybis, daps dapis, libs libis, scrobs scrobis, vrbs vrbis, stips stipis, merops meropis, penelops penelopis, stirps, stirpis.

Penul. produ.

Hydrops hydropis
cyclops cyclopis

Cipis ex Capio

Princeps prīcipis, particeps, municeps: Pręter auceps aucupis.

Cōpositа

Cipitis ex Caput

Anceps ancipitis, biceps bicipitis, trīceps, molliceps, capriceps.

Adeps adipis, cœlebs cœlibis, gryps gryphis.

In Ns, & Rs,

Tis

Amans amantis, docens, legēs, audiens, gens gentis, frōs frōtis, lens, lentis

pro legumine, ambiẽs ambientis, ars, iners, sors, consors, exors.

Pro vltimo s, assumunt Dis vt: Glans glãdis, iuglãs, lens lendis, concors, discors, secors, vecors, misericors, frõs frondis pro ramo.

lens euntis, quiens queuntis, abientabeuntis, circumiens circumeuntis, & reliqua ex Eo.

In Ax.

Faciũt acis: Fornax fornacis, pax, thorax, Thrax, nyctipe.pr. corax, edax, bibax, mendax, &c.

pe.co. Abax abacis, Fax facis.

Harpax harpagis, Astianax astianactis.

In Ex

Icis penul.cor. Apex apicis, artifex, auspex, carex, carnifex, codex, cortex, culex, frutex, ilex, imbrex, iudex, pellex, pulex,

Digitized by Google

	Vibex	vibicis
	veruex	veruecis
	halex	halecis
penul.pro.	myrmex	myrmecis
	lex	legis
	exlex	exlegis
	illex	illegis
	Nex	necis
	grex	gregis
	remex	remigis
	ſenex	ſenis
	ſuppellex	ſuppellectil
	reſex	reſecis

In Ix

	Cicatrix, felix, lodix, meretrix, nutrix, per-
penult.pro.	nix, phœnix, ſpadix, matrix, perdix.
	Appendix, calix, claſ- ſendix, chœnix, ſilix,
penul.cor.	hyſtrix, coxẽdix, pix, onyx, natrix pro ſer- pente.

Nix niuis, Vergiliomaſtix Vergilioma ſtigis, Homeromaſtix Homeromaſtigis, & huiuſmodi cætera.

Digitized by Google

In Ox

Oris
- pen.pro. Atrox atrocis, ferox, velox, vox, voluox.
- pen.cor. Cappadox Cappadocis, præcox,

Allabrox Allabrogis.
Nox noctis, pernox pernoctis.

In Vx

Vcis
- pen.cor. Crux cis, nux, dux, redux, trux, tradux.
- pen.pro. Lux lucis, pollux.

Frux frugis penultima producta.
Coniunx coniugis penultima correpta.

In yx

Ygis penul.cor. Iapyx Iapygis, Styx stygis, Phryx, coccyx.

penultima prod. Bombyx bombycis.
penul.commun. Bebryx bebrycis.

penultima cor. Calyx calycis, Eryx, ceyx, onyx onychis, Sardonyx sardonychis.

Habentia consonantem ante X

Falx falcis, lanx, arx, bilanx, Quincunx,
Cis ſeſcunx, ſeptunx, deſ
Mutant X in cunx, deunx.
Gis Phalanx phalangis, ſpynx.

¶ Hæc pro formando Gtō tibi facient
ntis. Nūc docebere, quid difficile accidat
n formandis reliquis huius declinatiōis
afibus.

Accuſatiuus

¶ Accuſatiuus ſingularis in em definit,
vt ſacerdotem, felicem, hominem.

Im Cucumis cucumim, rauis, ſitis, tuſſis, vis.

Em vel Im Aqualis aqualem vel aqua lim, buris, bipēnis, clauis, febris, nauis, peluis, peſtis, reſtis, ſecuris, turris, torquis.

Em vel A Gręce Aer aerē vel aera, Pā, delphin, canon, Hector, &c.

Hęc habēt Geneſis, Gtō geneſis vel geneſios vel geneſe

Im vel In Gręce os, actō geneſim vel ge

nesin: Sic metropolis, botrys, erynnis, eclypsis, & eiusmodi cætera Græca in Latinorum vsu frequentissima.

Paris	Paris	Parim, Græce Parin
gtõ	Paridis actõ	Paridem
	Paridos	Parida Græce.

Sic Alexis & similia.

Vocatiuus

Similis est Nominatiuo: vt Pater o pater.

Græca in s, plerunq; abijciunt s in vocatiuo.

Alexis	Alexis	Alexi
ntõ Chremes vtõ	o Chremes vl	Chreme
Pallas	Pallas	Palla.

Ablatiuus

In E definit, vt ab hoc patre, sacerdote.

I solum habent

¶Inchoatiuum, quod actus inceptionē & continuationem ſignificat, formatur e ſecunda perſona præſentis temporis indicatiui modi, eius verbi vnde producitur illud inchoatiuum addita co, vt caleo cales, adde co naſcitur caleſcot ferueo ferueſco, labo labaſco. Hio non hiaſco, ſed hiſco facit.

Digitized by Google

Ex verbis intransitiuis secundæ coniugatiõis, multo plurima tolles Inchoatiua verba. Frigeo frigesco, tepeo, tepesco, horreo horresco.

Itẽ sunt inchoatiua quę nõ à verbis, sed nõibus deriuẽtur.

Pueraſco		puer
Iuueneſco		iuuenis
Seneſco	à	ſenex
Syluesco		ſylua
Lapideſco		lapis.

Hic (quod quibuſdam Grammaticis ſummopere placet) potes fingere verba, vnde fiant: ſenex ſeneo, ſenes seneſco, ſylueo, ſylueſco.

Mihi non admodum neceſſe videtur. Tu qua potes commoditate deriuabis.

Frequentatiuum

Frequentatiuum, quod actus frequentiam ſignificat, formatur à ſupino mutato u in o: vt dico, dictu, dicto: curro, curſu, curſo. Et ab his porro alia deriuantur deriuatiua: vt, dicto, dictatu, dictito. Vbi etiam in prima videlicet cõiugatione, illud penultimum ſupini a, in correptam i, cõmutatur: non enim ex ſupino curſatum, recte fit curſato frequentatiuum, ſed curſito, factatu factito.

Digitized by Google

Quædam etiam à ſecunda perſona preſentis indicatiui modi. Fugio, fugis, fugito: Ago, agis, agito. Quæro, quæris, quærito.

Meditatiuum

Meditatiuum, quod meditationem, *id* eſt, quandam præparationem ad actum ſignificat, formatur à poſteriore ſupino, addito rio. Lego, lectu, lecturio: ſcribo, ſcriptu ſcripturio.

Sunt & aliæ verba deriuandi formæ

In ſo deſideratiua, capeſſo à capio, viſo à video, arceſſo ab arceo.

In lo diminutiua, ſorbillo à ſorbeo.

In co, albico ab albeo, nigrico à nigreo, candico à candeo.

Item à nominibus multa veniũt, vt parafitor à parafitus, philoſophor à philoſophus: quas deriuandi ratiunculas facile per ſe obſeruabit ſtudioſus.

Figura

Simplex lego

vt

Cõpoſita colligo, deligo.

Digitized by Google

Facies operæprecium, si diligenter hic te exerceas, ita vt si verbum simplicis figuræ sit, tu composita accumules: si compositæ, vnde compositum sit animaduertas.

Cõponitur aũt verbum

Duplico, ex duplex noïe, & verbo plico. Magnifico, ex Cũ noïe magni & verbo facio, sed nõ adeo frequenter.

Cum his præpositiõibus, idq; frequentissime

A	Amoueo
Ab	Abigo
Abs	Abstraho
An	Amputo
Co	Cohæreo
Con	Congredior
Circum	Circumago
De	Deligo
Di	Diligo
Dis	Distraho
In	Inhæreo
Inter	Intercipio
Intro	Introeo
E	Eligo
Ex	Extraho

Digitized by Google

S. Veſter veſtri veſtro veſtrũ veſtr
P. veſtri veſtrorũ veſtris veſtros veſtri

Fœmininum

S. Veſtra veſtræ veſtræ veſtram veſtr
P. veſtrę veſtrarũ veſtris veſtras veſtri

Neutrum

S. Veſtrũ veſtri veſtro veſtrum veſtr
P. veſtra veſtrorũ veſtris veſtra veſtri

Maſculinum, Fœmininum, Neutrum.

S. Hic, hæc, Noſtras & hoc noſtrate, hu
ius noſtratis, huic noſtrati, hunc, hanc no
ſtratem, hoc noſtrate, o noſtras, noſtrate,
hoc, hac, hoc, noſtrate vel noſtrati.

P. Hi & hæ noſtrates, & hæc noſtratia,
Genitiuo horum, harum, horum noſtrat
um vel noſtratum, Datiuo his noſtrati-
bus, Accuſatiuo hos & has noſtrates
& hæc noſtratia, Vocatiuo o noſtrates, &
o noſtratia, Ablatiuo ab his noſtratibus.

S. Nominatiuo hic & hæc Veſtras &
hoc veſtrate, Genitiuo huius veſtratis,
Datiuo huic veſtrati, Accuſatiuo hun
& hanc veſtratem, & hoc veſtrate, Ablat
uo ab hoc & ab hac & ab hoc veſtrate ve
veſtrati.

Digitized by Google

Plu. Nominatiuo hi & hæ Veſtrates, & hæc veſtratia. Genitiuo horum & harum & horum veſtratum & veſtratium, Datiuo his veſtratibus, Actõ hos & has veſtrates & hęc veſtratia. Ab, ab his veſtratibus.

DE VERBO.

VErbum eſt pars orationis cũ tempore & perſona, agere aliquid aut pati aut neutrum ſignificans.

Verbũ
- Perſonale, Quod p perſonas in vtroque numero cõiugatur, vt Amo, amas, amat: Et pluraliter, amamus, amatis, amant.
- Aliud Imperſonale, Quod nõ coniugatur per tres perſonas, ſed per tertiam dũtaxat numeri ſingularis, vt decet, decebat, decuit.
- Imperſonale actiuæ vocis, Quod inſtar actiuorũ per tertias dũtaxat perſonas, numeri ſingularis flectitur.

Quæ non vſque adeo multa ſunt, nempe hæc:

Digitized by Google

		Vacat
	Primæ	Iuuat
	coniu.	Conſtat
		Delectat
		Licet
		Libet
		Liquet
		Decet
		Oportet
Impersona	Secũdę	Piget
lia actiua		Pœnitet
		Pudet
		Tædet
		Miſeret
		Solet
		Accidit
		Euenit
		Competit
		Sufficit
	Tertiæ	Incipit
		Contingit
		Conuenit
		Expedit
		Miſereſcit.

Nihil autem te turbet inter hæc numerata, quæ plerunq; ſunt perſonalia, dico

cto, iuuo. Contra sunt ex illis impersonalibus, quæ autores audeant vti pro personalibus, quod quidem cum magna faciunt licentia. Pudet Terentius pro personali vtitur in Adelphis, vt: Hei mihi non te hæc pudent.

Quod instar passiuorũ, per tertias personas numeri singularis coniugatur, vt amatur, docetur, legitur, audi-

Impersonale tur.

passiuę vocis Quæ sane tam multa sunt, quàm sunt verba. Nam vix vllum est verbum, quin ex se gignere possit impersonale passiuæ vocis, statur, viuistur, sedetur.

Verbo accidunt Octo.

Species, Figura, Genus, Coniugatio, Modus, Tempus, Persona, Numerus.

Species

Speciem in Nomine & Verbo voco ipsam (vt ita dixerim) nationem, pater ne sit, an progenies quædam.

Digitized by Google

Verbum	Primitiuæ speciei	Quam plerique nūc absolutam nūc perfectam vocitant, est, qd ex nullo verbo deriuatū est, vt lego
Aliud	Deriuatiuæ	Quod ex alio verbo defluxit, vt ex lego fluxit lectito, lecturio.

Atq; hæc deriuatio fluit abunde multa cum copia, multam porro copiam in dicendo productura. Proinde fac prorsus discas.

Deriuatiuæ aliud	Inchoatiuum		Calesco, Feruesco.
	Frequētatiuū	vt	Lectito, curfito.
	Meditatiuum		Lecturio, parturio.

Inchoatiuum

¶Inchoatiuum, quod actus inceptionē & continuationem significat, formatur e secunda persona præsentis temporis indicatiui modi, eius verbi vnde producitur illud inchoatiuum addita co, vt caleo cales, adde co nascitur calesco: ferueo ferueſco, labo labasco. Hio non hiasco, sed hisco facit.

Digitized by Google

Ex verbis intranſitiuis ſecundæ coniugatiõis, multo plurima tolles Inchoatiua verba. Frigeo frigeſco, tepeo, tepeſco, horreo horreſco.

Itẽ ſunt inchoatiua quę nõ à verbis, ſed nõibus deriuẽtur.

Pueraſco	à	puer
Iuueneſco		iuuenis
Seneſco		ſenex
Sylueſco		ſylua
Lapideſco		lapis.

Hic (quod quibuſdam Grammaticis ſummopere placet) potes fingere verba, vnde fiant: ſenex ſeneo, ſenes ſeneſco, ſylueo, ſylueſco.

Mihi non admodum neceſſe videtur. Tu qua potes commoditate deriuabis.

Frequentatiuum

Frequentatiuum, quod actus frequentiam ſignificat, formatur à ſupino mutato u in o: vt dico, dictu, dicto: curro, curſu, curſo. Et ab his porro alia deriuantur deriuatiua: vt, dicto, dictatu, dictito. Vbi etiam in prima videlicet cõiugatione, illud penultimum ſupini a, in correptam i, cõmutatur: non enim ex ſupino curſatum, recte fit curſato frequentatiuum, ſed curſito, factatu factito.

Quædam etiam à secunda persona præsentis indicatiui modi. Fugio, fugis, fugito: Ago, agis, agito. Quæro, quæris, quærito.

Meditatiuum

Meditatiuum, quod meditationem, id est, quandam præparationem ad actum significat, formatur à posteriore supino, addito rio. Lego, lectu, lecturio: scribo, scriptu scripturio.

Sunt & aliæ verba deriuandi formæ

In so defideratiua, capesso à capio, viso à video, arcesso ab arceo.

In lo diminutiua, sorbillo à sorbeo.

In co, albico ab albeo, nigrico à nigreo, candico à candeo.

Item à nominibus multa veniũt, vt parasitor à parasitus, philosophor à philosophus: quas deriuandi ratiunculas facile per se obseruabit studiosus.

Figura

Simplex lego

vt

Cõposita colligo, deligo.

Digitized by Google

Facies operæprecium, si diligenter hic te exerceas, ita vt si verbum simplicis figuræ sit, tu composita accumules: si compositæ, vnde compositum sit animaduertas.

Cõponitur aũt verbum

Cũ noïe

Duplico, ex duplex noïe, & verbo plico. Magnifico, ex magni & verbo facio, sed nõ adeo frequenter.

Cum his præpositiõibus, idq; frequentissime

A	Amoueo
Ab	Abigo
Abs	Abstraho
An	Amputo
Co	Cohæreo
Con	Congredior
Circum	Circumago
De	Deligo
Di	Diligo
Dis	Distraho
In	Inhæreo
Inter	Intercipio
Intro	Introco
E	Eligo
Ex	Extraho

Digitized by Google

Ob	Oppono
Per	Perlego
Præ	Prælego
Præter	Præterlego
Pro	Promoueo
Re	Relego
Se	Seligo
Sub	Subigo
Subter	Subterfugio
Trans	Transplanto.

Tuum fuerit Lector ſubnotare, quæ interim ſyncopæ, quæ epentheſes, quæ antiſticha in componendo accidant. Dabo exemplum vnum, vt videas planiſſime. Compone fero cum ijs præpoſitionibus quibus cum fert Grammatica. Nam non eſt vllum verbum, quod cũ omnibus his præpoſitionibus ferat componi, ſed alia cum alijs coire gaudent.

Aufero ex ab & fero, b in u mutato, q̃d ſit concinnius.

Affero ex ad & fero. Quia ſolent præpoſitionum vltimæ conſonantes permutari in eas conſonantes, à quibus verba initiant.

Digitized by Google

Antefero
Confero
Circunfero
Defero
Differo ex dis & fero: s in f.
Effero ab ex, fero: x in f.
Infero
Offero ex ob, fero: b in f.
Perfero
Præfero
Profero
Refero
Suffero s in f.
Transfero.

ITerum hic moneo, ne vllius te laboris pigeat, quin quodcunq; verbum in lectione obuium fit, ita exagites. Atq; ibi videre erit, num ꝓpositio verbi significationẽ compleat, mutet, minuat, an non.

Genus

Genus in verbo est, quo exploramus, quid vnumquodque verbum significet, agere, an pati, an horum neutrum, an horum alterum, an vtrumuis, hoc est commune.

Quæ ſic appellamus apertius:

Actiua Quæ in o definunt agere ſignificantia, & accepta r, deformãt ex ſe paſſiua, vt amo amor, doceo doceor, lego legor.

Hæc ſex verba definunt in o, & ſignificant pati: Exulo, id eſt, exul fio, patria expellor: fio, efficior: liceo, æſtimor: nubo, trador marito: vapulo, verberor: veneo, vendor.

Paſſiua Quę in or definunt, pati ſignificantia, & dempta r, redeunt in actiua, vt amor, amo: doceor, doceo: legor, lego.

Neutra Quæ in o quidem definunt actiuis ſimiliter, verum nõ ſignificantia agere, & nec poſſunt actiuis ſimiliter adſumere r, vt paſſiua, vt ſto, curro, iaceo. Illatinum fuerit dicere ſtor, curror, iaceor.

Deponẽtia Quæ in or definunt paſſiuis ſimiliter, verum non omnia pati, neq; omnia agere ſignificantia, ſed alia alterutrum. Neq; poſſunt illud r abijcere,

Digitized by Google

vt nec accipere illud neutra possunt, vt loquor, nascor, neq; enim loquo, nasco, dixeris.

Quæ tamen eiusmodi multa in or communi vsu finientia poetæ, præsertim Comici, in o extulerũt, veluti pro lachrymor lachrymo, pro populor populo, pro luxurior luxurio: scibis quidem, verum non imitabere dicendo, nisi si quando in carmine te vrgeat & impellat necessitas.

Cõmunia

Quæ item in or passiuis similiter desinunt, & r nusquam abiiciunt, tum agere, tum pati significãtia, vtrumlibet scilicet: Criminor te, criminor à te.

Actiua & neutra in o concordem seruant coniugandi regulam. Sic passiua & deponentia & communia eandem, neq; enim Genus coniugationem dirimit, cũ in significando magnum faciat dissidium.

Coniugatio

¶Est regula, ad quam verba per modos, tempora, personas & numeros transiguntur.

Digitized by Google

Modus.

Modi sunt quinq;, Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Coniunctiuus, Infinitiuus.

Indicatiuus Cuius verbis quãdouti debeas, ipsius modi vocabulũ significat, nempe cum plane indicaturus sis, iam ne facias, an olim feceris, an olim facturus sis.

Quare etiam apud Dialecticos solus enunciationi adhibetur: vt Circuncisio nihil est, præputium nihil est, sed obseruatio mandatorũ Dei. Consummatio legis est dilectio.

Imperatiuus Quod illius modi verbis imperatores simus: Ite, prædicate Euangelium omni creaturæ.

Optatiuus Quod illius modi uerbis optemus, vt: vtinam sapererent, & nouissima intelligerent.

Digitized by Google

Coniũctiuus, quem ſub iũctiuum pleriq; vocãt, quanquam Diomedes ſeparet.

Quod illius verba cum aliorum modorum verbis plerunq; cõiungamus, uti ſi ſecundum carnẽ uixeritis, moriemini.

Infinitiuus

Quod nec certis perſonis, nec numeris finitus atque cohibitus ſit, ſed liber & promptus ſit cuilibet, ſeu numero ſeu perſonæ adhiberi.

Cum impersonali modo ego quidem nondũ video qd ſibi velint Grammatici, aut cui tandem vſui ille poſsit eſſe, niſi quod eſt quiddam labyrinthicũ. Aut ſi omnino cuipiam uſui eſt, quia per illum verba impersonalia tranſigantur. Certe illa per omnes modos flectuntur, videlicet per tertias perſonas omniũ temporum, etiamſi numeris & reliquis perſonis careant.

TEMPVS.

Præsens, amo.

Tẽpora sunt tria, Præteritũ Impfectũ, amabã.
Perfectũ, amaui.
Plusq̃pfe. amauerã
Futurum, amabo.

Hic vide qui modi, quibus temporibus diuites sint.

	Præsens	Amo
Indicatiuus habet oĩa .v.	Præteritũ imperfectũ	amabam
	Præteritũ perfectum	amaui
	Præteritũ plusq̃pfectũ	amauerã
	Futurum	amabo
Imperatiuus	Præsens	Ama
	Futurum	amato.

Quid enim imperij habeas in præterita.

Optatiuus	Præsens	fimi amarem
	Præteritũ impf.	liter amarem
	Prçteritũ perfe.	fimi amauiſſem
	Ptũm plusq̃pfe.	liter amauiſſem
	Futurum	amem
Cõiũctiuus	Præsens	amem
	Præteritũ imperfectũ	amarem
	Præteritũ perfectum	amauerim
	Præteritũ plusq̃perfe.	amauiſſem
	Futurum	amauero

Digitized by Google

	Præſens	ſimili-
	Præteritũ imperfectũ	ter amare.
Infini	Præteritum perfectũ	ſimiliter a-
tiuus	Præteritũ plusq̃perfe.	mauiſſe
	Futurũ amatũ ire vel amaturũ eſſe	

PERSONA

		S.	P.
Perſonæ	prima	amo	amamus
verborũ	ſecunda	amas	amatis
ſunt tres	tertio	amat	amant

NVMERVS

Numeri Sing. Doceo, doces, docet.
duo ſunt Plu. Docemus, docetis, docẽt.

Nunc planius habes, quid ſit Coniugatio. Verum nõ eſt vna catholica quædam forma, quam omnia verba per omnia tẽpora concorditer ſeruẽt. Quanquam eſt omnium in coniugando pax multa, non tamen ea perpetua.

Sunt igitur Diſpoſitiones ſiue Coniugationes quatuor, ad quarum formulam verba flectuntur.

Prima Coniugatio

Prima coniugatio amat a longum ſtatim in ſecunda perſona præſentis temporis, indicatiui modi, vt: Amo, amas, amat.

Digitized by Google

Amor, amaris, &c. Atq; per totum fere huius Coniugationis cursum obseruabis diligenter, quàm familiare sit huic Coniugationi a longum. Amas, amabã, amaui, amabo, amate, amarent, amauissem: amor, amaris, amabaris, Sic alijs Cõiugationibus alij characteres.

Secunda Coniugatio.

Secunda Coniugatio amat e longum, statim in secunda persona præsentis temporis, indicatiui modi, vt: Doceo, doces, docet, &c. doceor, doceris, vel docere, Atque huius Coniugationis omnia verba in eo desinunt, doceo, rideo, &c. E longũ huic familiare est, docemus, docebo, docerem, docere.

Tertia Coniugatio.

Tertia Coniugatio amat e breue per multa tempora. In præsenti indicatiui statim in is breue deformat sua verba: Lego legis, legit. P. Legimus, legitis, leguntur. Legor, legeris, vel legere.

Quarta Coniugatio.

Quarta Coniugatio amat i longum, statim in secunda persona præsentis temporis, indicatiui modi, ut: audio, audis, au

Digitized by Google

dit: Audior, audiris, vel audire.

I longum huic familiare, audio, audimus, audiui, audiueram, audite, audirẽ. Huius coniugationis verba in io finiunt omnia, præter eo, & queo, vt audio, scio, reperio.

Has interim faciles obseruatiunculas habe, ad cognoscenda cuiuslibet Coniugationis verba, scilicet quo quæq; pertineant. Cæterum totum adeo exemplar te quã diligentissime inspicere oportet, & ne vnam quidem personam neglectã, inperspectamue præterire. Ego subinde adnotabo qualeiscunq; notiones. Quas quidem plurimas identidem diligẽs præceptor pueris præponere debet, quo reddat coniugandi peritissimos. Et est ardua res (mihi crede) isti nouellę ætati præsertim sine hæsitatione cuiuslibet verbi quamlibet personam proloquiadeo vt videas non paucos eruditulos alioqui, quoties vsu venit rarius verbum aut prorsus obmutescere, aut obstupescere, aut si audeant tandem, vix tamen latine dicere. Tu quantum potes tantum caue.

Digitized by Google

Nunc primæ coniugationis exemplar tibi proponam, quod aſpicies quandocũq; ſimile verbum nactus fueris.

EXEMPLAR ACTIVORVM primæ Coniugationis.

Indicatiuo modo tempore præſenti

S. Amo. amas, amat
P. Amamus, amatis amant.

Præterito imperfecto

S. Amabam, amabas, amabat
P. amabamus, amabatis, amabant

Bam, bas, bat, &c. huius præteriti facilis eſt notio.

Prætérito perfecto

S. amaui, amauiſti vel, amauit amaſti per ſyncopen
P. amauimus, amauiſtis vel, amauerũt amaſtis vel amauere.

Huius i, iſti, ittimus, iſtis, erunt vel ere.

Præterito pluſquamperfecto.

S. amaueram ameras amauerat
P. amaueramus amaueratis amauerãt.

Per ſyncopen amarã amaras amarat, &c.

Ram, ras rat, &c.

Digitized by Google

Futuro

S. amabo amabis amabit

P. amabimus amabitis amabunt

Bo, bis, bit. &c. in prima coniugatione, in alijs am, es, et.

Imperatiuo modo tempore præsenti,

S. ama amet

P. amemus amate ament

Futuro

S. amato tu amato ille

P. amemus amatote amãto vl amãtote

Quasi per salebras flectuntur huiusmodi verba ubiq;. Quare accurate fac tractes

Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto.

S. vti amarem amares amaret

P. nã amaremus amaretis amarent

Rem, res, ret cõmunis oĩbus cõiug.

Præterito perfecto & plusq̃perfecto

S. vti amauissem amauisses amauisset

P. nã amauissemus amauissetis amauissent

Per syncopen amassem amasses, &c. (sent

Futuro

S. vtinam amem ames amet

P. amemus ametis ament

Digitized by Google

Em, es, et, &c. in pri. duntaxat in reliquis am, as, at, &c.

Coniunctiuo modo tem. prę.

S. cum amem ames amet
P. amemus ametis ament

Admittit & alia signa coniunct. si, ne, ut ne, &c.

Præterito imperfecto

S. cum amarem amares amaret
P. amaremus amaretis amarent

Vide quę huius modi cum optatiui tẽporibus congruant.

Præterito perfecto

S. cum amauerim amaueris amauerit
P. amauerimus amaueritis amauerit

Rim, ris, rit, in omnibus coniugatio. Per syncop. amarim, amaris, amarit, &c.

Præterito plusq̃perfecto.

S. cũ amauissem, amauisses, amauisset
P. cũ amauissemus, amauissetis, issent.

Per syncop. amassem, ses, &c.

Futuro

S. cũ Amauero amaueris amauerit
P. cũ amauerimus, amaueritis, rint.

Et per syncopen amarim, amatis, amarit, &c.

Digitized by Google

Comici hęc futura fic audẽt. amaſsim Terentius in Phormion. Ne me poſthac iſtoc nomine appellaſsis pro appellaueris.

Infinitiuo modo tempore preſenti, & præterito impfecto.

S. Amare, per omnes perſonas
Pl.

Ptõ perfecto & pluſq̃perfecto.

S. amauiſſe. Hoc ſyncopen fert am aſſe,
Plural.

Futuro

S. Amatum ire, vel amaturum eſſe.
Plural.

Amatũ ire, & eiuſmodi rariſsima ſunt Amaturum eſſe, uſitatiſsima & variantur per genera.

	amaturum		amaturos	
S.	amaturam eſſe	P.	amaturas eſſe	& ſimilia.
	amaturum		amatura	

Gerundia.

Amandi, Amando, Amandum.

Supina.

Amatum Amatu.

Digitized by Google

Amans Amaturus.

Hæc quomodo debeas deriuare docebo
beris, vbi de Participio tractabimus.

Hoc est actiuum uerbum primæ declinationis, flexus ille & cursus nõ est difficilis, si prẽmonitus fis, quæ tempora à quibus deflectantur.

			Mordeo, Ago
	Ptũm impf.	Indicatiui	mordebã, agebã
	Futurum		mordebo agam
A præsenti indicatiui cadunt	Præsens	Imperatiui	morde age
	Futurum		mordeto agito
	Præsen. & ptũm impf.		morderẽ, agerẽ.
	Futurum	Optatiui	mordeam, agã
	Præsens		mordeam agã

Coniunctiui

Ptm̃ impfect.		morderẽ, agerẽ
Prẽsens	Infinitiui	mordere, agere

Iam cauebis, ne forte hęc tẽpora à prẽterito deriues. Vbi facillimum est, ex incogitantia peccare puerum.

A præterito indicatiui cadunt.

Ptũm plusq̃pf. Indi. momorderã, egerã

Digitized by Google

Præt.perfectū momordiſſem,egiſſē

Optatiui

Præteri.pluſq̄perfect.
Præte.perfectū momorderim,egerim

Coniunctiui

Præte.pluſq̄per. momordiſsē, egiſſem
Futurum momordero, egero
Præte.perfectum

Infinitiui momordiſſe,egiſſe
Præte.pluſq̄perfe.
Futurum Infinitiui fit à ſupino, ut morſum ire morſurum eſſe.

¶Regula.

Quæ verba ſupinum nō habent, ea futurum infinitiui non poſſunt habere, ut mico micui, ſine ſupino ergo & ſine futuro infinitiui.

Porro maximus in coniugādo labor eſt Præteritorum flexuram ſatis caute obſeruare. Siquidem aliorum temporum coniugatio quendam uidetur habere pacificum tenorem in quatuor illis formulis: Præteritum vero nunc in aui,nunc in ui, xi,pſi,iui deformatur: tū etiā ſupinū molestius eſt. Proinde neceſſum eſt ſup prę teritis & ſupinis q̄dā ſingulatim docere.

Verba primæ coniugationis habent aui in præterito atum in ſupino, vt amo, amaui, amatum: beo, beaui, beatum: clamo, clamaui, clamatum.

Excipiuntur ſedecim.

Crepo crepui crepitũ Increpo increpui
Cubo cubui cubitum (vel increpaui.
Do dedi datum
Domo domui domitum
Frico fricui frictum
Iuuo iuui iutum (tum
Lauo lau lotũ vl lautũ. Lauaui laua
olim, Ter. in eunu. abeunt lauatum.
Mico micui fine ſupino
Nexo nexui nexum
Dimico dimicui vel dimicaui, dimicatũ.
Neco necaui vl necui, necatũ vel nectũ
Plico plicaui plicatum
plicui vel plicitum

Compoſitũ a nomine ſolũ aui, vt multiplico multiplicaui, multiplicatũ.

Sono ſonui ſonitum
Tono tonui tonitum
Sto ſteti ſtatũ

Compoſita ſtiti ſtitũ. aſto, aſtiti, aſtitũ.

Veto vetui uetitum

Exemplar paſsiuorum primę coniugationis.

Indicatiuo modo, tem. præſen.

S. Amor amaris amatur
vel amare
P. amamur amamini amantur

Vbi in actiuo fuit s aut m, hic fere eſt e amamus, amamur, amabam, amabar.

Præterito imperfecto.

S. Amabar amabaris vel amabare
amabatur
P. amabamur amabamini amabantur.

Notio Bar, baris, vel bare.

Præterito perfecto.

Amatus ſum vl fui amatus es amatus eſt
a, um vel fuiſti vel fuit
Amati ſumus amati eſtis amati ſunt vl
æ, a. vel fuimus vel fuiſtis fuerũt vel fuere

Sic in ſimilibus omnibus.

Aliquid cum actiuo conuenit, i iſti it.
Cæterum non eſt hoc proprium paſsiuo, ſed e participio, & ſum verbo conſartum præteritum.

Præterito pluſq̃perfecto.

S. Amatus erã amatus eras amatus erat
vel fueram vel fueras vel fuerat

Digitized by Google

P. amati eramus vel fueramus
amati eratis vel fueratis
amati erant vel fuerant

Futuro

S. Amabor amaberis amabitur
vel amabere
P. Amabimur amabimini amabuntur

Bor beris vel bere bitur in 1. & 2. Ar eris vel ere etur in tertia, & quarta.

Imperatiuo modo tempore præsenti.

S. amare ametur
P. amemur amamini amentur

Iterum tortuosa Imperatiui coniugatio. Fac memineris.

Futuro

S. amator tu amator ille
P. amemur amaminor amantor.

Optatiuo modo tempore præsenti & præterito Imper. vtinam, o si, Signa optatiui.

S. amarer amareris vl amarere amaretur
P. amaremur amaremini amarentur

Rer reris uel rere retur, in omnibus cõiugationibus.

Digitized by Google

Ptō perfecto & plusq̄perfecto vtinā o si
S. amatus essem vel fuissem, amatus esses
vel fuisses, amatus esset vel fuisset.
P. amati essemus vel fuissemus, amati esse
tis vel fuissetis, amati essent vel fuissent.

Futuro vtinam o si

S. amer ameris vel amere ametur
P. amemur amemini amentur.

Er eris vel ere etur in prima, in alijs ar
aris vel are atur.

Coniunctiuo modo

Tempore præsenti Cum, Si, ne, &c.

S. Amer ameris vel amere ametur,
P. amemur amemini amentur.

¶ Nota Optatiui & Coniuncti: i con-
gruentias.

Præterito imperfecto cum, si.

Amarer amareris vel amarere amare-
(tur.
P. amaremur amaremini amarentur.

Præterito perfecto

S. cum amatus fim vel fuerim, amatus fis
vel fueris, amatus fit vel fuerit.
P. cum amati simus vel fuerimus, amati
fitis vel fueritis, amati sint vel fuerint,

Præterito plusquamperfecto.

Digitized by Google

S.cum amatus essem vel fuissem, amatus esses vel fuisses, amatus esset vel fuisset.
P.cũ amati essemus vel fuissemus, amati essetis vel fuissetis amati essẽt vel fuissẽt.

Futuro

S.cum amatus ero vel fuero, amatus eris vel fueris, amatus erit vel fuerit
P.cũ amati erimus vel fuerimus, amati eritis vel fueritis, amati erũt vel fuerint.

Infinitiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto amari p oẽis psonas & numeros.

Præterito perfecto & plusquamperfecto amatum esse vel fuisse.

Variatur per genera sic sing. amatũ, am, um esse vel fuisse. Pl. amatos as, a, esse vel fuisse.

Futuro

Amatum iri, vel amandum esse. Amatũ iri immutabile est.

Aliud sic mutatur. S. amandum, amandam, amandum esse vel fuisse. P. amãdos as, a, esse vel fuisse.

Istuc semel dictum hic sat esto formandis eius modi futuris omnibus.

Deponentia in hoc Futuro sequuntur actiuorum formam, loquor locutum ire

vel locuturum esse.

Communia, cũ actiue significant Actiuorum formam sequuntur, criminor te, criminatum ire vel criminaturum esse.

Quum passiue, passiuorum, criminor à te, criminatum iri, vel criminandum esse.

¶Deponentia & Communia primæ Coniugationis

Præteritum faciunt in atus sum vel fui, Supinum in atum, aucupor aucupatus sum vel fui, aucupatũ, piscor piscatus sum vel fui, piscatum, osculor osculatus sum vel fui, osculatum.

EXEMPLVM ACTIVORVM secundæ Coniugationis.

Indicatiuo modotempore præsenti.

S. Doceo doces docet. eo es et, emus
P. docemus docetis docẽt. etis, &c.

Præterito imperfecto

S. Docebam docebas docebat
P. docebamus docebatis docebant.

Præteritoperfecto

S. Docui docuisti docuit,

Digitized by Google

P. docuimus docuistis docuerũt vel dos
Vi syllabæ uisti uit notio. (cuere

Præterito plusquamperfecto

S. Docueram docueras docuerat
P. docueramus docueratis docuerant

Futuro

S. Docebo docebis docebit
P. docebimus docebitis docebunt
Bo,bis,bit,bimus, &c.

Imperatiuo modo tem-
pore præsenti.

S. Doce, doceat,
P. doceamus docete doceant

Futuro

S. Doceto tu doceto ille (tote
P. doceamus docetote docẽto vel docẽ

Optatiuo modo tempore præ-
senti,& præterito imperfecto.

S. vtinam Docerem doceres doceret
P. vtinã doceremus doceretis docerẽt.

Ptõ perfecto & plusq̃perfecto

S. vtinã Docuissem docuisses docuisset
P. vtinam docuissemus docuissetis dos
Futuro (cuissent.
S. vtinam Doceam doceas doceat
P. vtinam doceamus doceatis doceant.
Doceam,legam,audiam.

Coniunctiuo modo tempore
præsenti.

S. cum Doceam doceas doceat
P. cum doceamus doceatis doceant

Præterito imperfecto

S. cum docerem doceres doceret
P. cum doceremus doceretis docerent

Præterito perfecto

S. cum docuerim docueris docuerit
P. cũ docuerimus docueritis docuerint.

Præterito pluſquamperfecto.

S. cum docuiſſem docuiſſes docuiſſet
P. cum docuiſſemus docuiſſetis docuiſ-
(ſent.

Futuro

S. cum docuero docueris docuerit,
P. cũ docuerimus docueritis docuerint

Infinitiuo modo tẽpore præsenti.
Docere.

Præterito perfecto & pluſquamperfecto,
Docuiſſe.

Futuro
Doctum ire, vel doctũrũ, am, um, eſſe.

Gerundia vel Participialia verba
Docendi, Docendo, Docendum

Digitized by Google

Supina.

Doctum Doctu.

Participia.

Docens Docturus.

Verba ſecundæ Coniugationis mutãt Eo in ui ſyllabas in præterito, & habent itum pen. cor. in ſupino: Habeo, habui, habitum: Noceo, nocui, nocitum.

Liqueo liqui
Timeo timui
Studeo ſtudui ſine ſupino.
Egeo egui
Torpeo torpui.
Doleo dolui dolitum.
Moneo monui monitum.
Terreo terrui territum.
Lateo latui latitum.

¶ Verba neutra facientia præteritum in ui ſyllabas, carent ſupino: vt Albeo albui mœreo mœrui:

Caleo calui calitum
Careo carui caritum
Excipiuntur hæc: Doleo dolui dolitum
Lateo latui latitum
Liceo licui licitum
Noceo nocui nocitum
Oleo olui olitum

Digitized by Google

Pario parui paritum
Pateo patui paſſum
Placeo placui placitum
Taceo tacui tacitum
Valeo valui valitum

Libet libuit libitum
Miſeret miſeruit miſeritum vel
miſertū per ſyncopen.
Item hęc Piget piguit pigitum
impſon. Pœnitet pœnituit pœnititū vel
pœnitum per ſyncopen.
Pudet puduit puditum
Tædet tæduit tæſum

¶ Hæc habent ui in præterito,
ſed ſupina variant.

Cenſeo cenſui cenſum
Doceo docui doctum
Frendeo frendui freſum
Miſceo miſcui miſtum
Pateo patui paſſum
Teneo tenui tentum
Torreo torrui toſtum.

In Deo

Digitized by Google

vel pranſus ſum

Prandeo prandi pranſum.

Sic Audeo auſus ſum.
Gaudeo gauiſus ſum.

Di in p̃terito, et ſum in ſupino

Sedeo ſedi ſeſſum
Video vidi viſum.
Strideo ſtridi vel ſtridui fine ſupino.
Mordeo momordi morſum
Pendeo pependi penſum.
Spondeo ſpopondi ſponſum.
Tondeo totondi tonſum.

Hæc quatuor vltima geminant præteriti principium, quod Compoſita non imitantur: Remordeo remordi, non remomordi. Quod dictũ eſt in vniuerſum de omnibus compoſitis verborum ſimplicium geminantium.

In Veo

In ui ſyllabã ptm̃ faciũt & ſup. in tũ

Caueo caui cautum pro catum.
Faueo faui fautum pro fatum
Foueo foui fotum.
Moueo moui motum.

Digitized by Google

Voueo voui votum.
Aueo aui
Caueo caui
conniui
Conniueo vel fine ſupino
connixi
Ferueo ferui.
Flaueo flaui
Liueo liui
Paueo paui.

Vi ſyl la. in ptō et tū in ſupi- no. Inuſitata ho- die, uſitatiſsi ma vero cō- poſita.

Cieo ciui citum penult. cor.
Deleo deleui deletum.
Fleo fleui fletum
Neo neui netum.
Oleo oleui oletum vel olitum
Vieo uieui uietum, penult. cōmuni
Quieo quieui quietum
Sueo ſueui ſuetum.
Pleo pleui pletum
Leo leui letum.
Ardeo arſi arſum.
Hæreo hæſi hæſum.
Indulgeo indulſi indulſum vel in- (dultū
Iubeo iuſsi iuſſum.
Maneo manſi manſum.
Mulgeo mulſi mulſum.
Mulceo mulſi mulſum.

Digitized by Google

Rideo risi risum

Si in ptō. & sum in supino. Suadeo suasi suasum
Tergeo tersi tersum
Torqueo torsi torsum (vel tortum.
Vrgeo ursi ursum
Algeo alsi
Fulgeo fulsi.
Sorbeo sorbui sorbitum vel sorpsi sorptum

¶ Composita verbi maneo ea quę mutant a in i in compositione, in præterito habent ui, absq; supino, vt emineo eminui, immineo imminui.

Augeo auxi auctum
Lugeo luxi luctum
Mulceo mulxi mulctum
Xi in ptō, et tum in supino. Mulgeo mulxi mulctum
Sugeo suxi suctum
Rugeo ruxi ructum
Frigeo frixi sine supino
Luceo luxi sine supino.

EXEMPLVM PASSIVORVM secundæ Coniugationis.

Indicatiuo modo tem. præsen.

S. Doceor doceris vel docere docetur.
P. Docemur docemini docentur.

Præterito imperfecto.

S. Docebar docebaris vel docebare
(docebatur.
P. Docebamur docebamini docebantur.

Præterito perfecto.

S. Doctus ſum vel fui doctus es vel fuiſti doctus eſt vel fuit.
P. Docti ſumus vel fuimus docti eſtis vel fuiſtis docti ſunt fuerunt vel fuere.

Præterito pluſq̃per.

S. Doctus eram vel fueram doctus eras vel fueras doctus erat vel fuerat.
P. Docti eramus vel fueramus docti eratis vel fueratis docti erant vel fuerant.

Futuro.

S. Docebor doceberis vel docebere.
(docebitur.
P. Docebimur docebimini docebuntur.

Imperatiuo modo tem. preſen.

S. Docere doceatur.
P. Doceamur docemini doceantur.

Futuro.

S. Docetor tu docetor ille.
P. Doceamur doceminor docentor.

Digitized by Google

Optatiuo modo tem. prẽsen. &c.

S. vtinã Docerer docereris doceretur, vel docerere

P. Doceremur doceremini docerentur.

Ptõ perfecto & plusq̃perfecto, vtinam

S. Doctus essem vel fuissem Doctus esses vel fuisses Doctus esset vel fuisset.

P. Docti essemus vel fuissemus Docti essetis vel fuissetis Docti essent vel fuissent.

Futuro vtinam

S. Docear docearis vel doceare doceatur.

P. Doceamur doceamini doceantur.

Coniunctiuo modo tem. præ.

S. cũ Docear docearis vel doceare doceat

P. Doceamur doceamini doceantur.

Præterito imperfecto.

S. cũ Docerer docereris vel docerere do

P. Doceremur doceremini docerẽt (ceret

Præterito perfecto.

S. cũ Doctus sim uel fuerim Doctus sis vel fueris doctus sit vel fuerit.

P. Docti simus vel fuerimus docti sitis vel fueritis docti sint vel fuerint.

Digitized by Google

Præterito pluſq̃perfecto.

S.cũ Doctus eſsẽ vel fuiſſem doctus eſſes vel fuiſſes doctus eſſet vel fuiſſet.

P.cũ Docti eſſemus vel fuiſſemus docti eſ ſetis vel fuiſſetis docti eſſent vel fuiſſent.

Futuro.

S.cũ Doctus ero vel fuero doctus eris vel fueris doctus erit vel fuerit.

P.cũ Docti erimus vel fuerimus docti eri tis vel fueritis docti erunt vel fuerint.

Infinitiuo modo tempore præſenti & præterito imperfecto.

Doceri.

Præte.perfecto & pluſq̃perfecto.

Doctum eſſe vel fuiſſe mutabile.

Futuro.

Doctum iri vel docendũ eſſe mutabile.

Participia.

Doctus docendus.

Deponentia.

¶Deponentia ſecundæ coniugationis, itidem vt paſsiua, præteritum hoc à ſupino faciunt addita,s, Supinum autem definit in itum penultima correpta, Liceor licitu licitus ſum

Digitized by Google

Mereor meritu meritus ſum
Vereor veritu veritus ſum

Excipiuntur.

Fateor faſſu faſſus ſum
Medeor quod caret ſupino
Miſereor miſeritu miſeritus ſum, per ſyn
copen miſertus ſum.
Reor ratu ratus ſum
Tuerortuitu vel tuitus vel
tutu tutus ſum.

Exemplum actiuorum tertię Coniugationis.

Indicatiuo modo tempe præſenti.

S. Lego legis legit
P. Legimus legitis legunt

Præterito imper.

S. Legebam legebas legebat
P. Legebamus legebatis legebant.

Præterito perfecto.

S. Legi legiſti legit
P. Legimus legiſtis legerũt vel legere.

Præterito pluſquamper.

S. Legeram legeras legerat
P. Legeramus legeratis legerant.

Futuro.

S. Legam leges leget.
P. Legemus legetis legent.

Imperatiuo modo tem. preſen.

S. Lege legat.
P. Legamus legite legant.

Futuro.

S. Legito tu legito ille.
P. Legamus legitote legũto vel legũtote

Optatiuo modo tempore præſenti & præteriti imperfecto.

S. vtinam Legerem legeres legeret.
P. Legeremus legeretis legerent.

Præterito per. & pluſquamper.

S. vtinam Legiſſem legiſſes legiſſet.
P. Legiſſemus legiſſetis legiſſent.

Futuro.

S. vtinam Legam legat legat.
P. Legamus legatis legant.

Coniunctiuo modo tem. præ.

S. cum Legam legas legat.
P. Legamus legatis legant.

Præterito imperfecto.

S. cum Legerem legeres legeret
P. Legeremus legeretis legerent.

Præterito perfecto.

S. cum Legerim legeris legerit.
P. Legerimus legeritis legerint.
Præterito plusq̃perfecto.
S. cum Legissem legisses legisset.
P. Legissemus legissetis legissent.
Futuro
S. cum Legero legeris legerit.
P. Legerimus legeritis legerint.

Infinitiuo modo tempore prȩsenti & præterito imperfecto.
Legere.
Præterito perfecto & plusq̃per.
Legisse.
Futuro.
lecturũ ros esse
Lectũ ire vel lecturã ras vel
lecturũ ra fuisse.
Gerundia.
Legendi legendo legendum.
Persæpe hic fit antistichon dicundi p dicendi: regundi pro regendi.
Supina Lectum lectu.
Participia Legens lecturus.

¶VERBA tertiæ Coniugationis, non habent de præteritis tam vniuersalem regulã, quàm primæ & secundę & quartę.

Digitized by Google

Siꝙdem pleraqꝫ verba | Primæ Secũdæ in Quartæ | Aui Vi ptã deformãt Iui

Quare hic per ſingulas terminationes ſingulariter docendus es.

¶In cio faciunt præteritum.
Duo in eci Facio feci factum.
Supina actum lacio ieci iactum.

¶Nota Afficio affeci affectum.
Abiꝫcio abieci abiectum.

Duo in xi ctum. Lacio laxi lactum.
Specio ſpexi ſpectum.

Horum compoſita dũtaxat in vſu ſunt, non etiam ſimplicia, allicio allexi allectũ, inſpicio inſpexi inſpectum, aſpicio aſpexi aſpectum, præter elicio elicui elicitum.

In Dio, Gio.

Fodio fodi foſſum. Fugio fugi fugitum, penultima correpta.

In Pio.

Capio cepi captum, accipio accepi acceptum. Cupio cupiui cupitum, penultima producta. Rapio rapui raptum, Olim cœpio, cœptum.

Digitized by Google

In Rio

Pario peperi paritum vel partum per syncopen.

In Tio

Quatio quassi quassum. Composita amittunt a. Concutio concussi concussum. decutio decussi decussum.

In uo syllabas

Faciunt ui syllabas in præt. utū in supino.

Acuo acui acutū	Exuo exui exutū.
Induo indui indutū	Nuo nui nutum.
Arguo argui argutū	Suo sui sutum.

Fluo fluxi fluctum
Struo struxi structum
Pluo pluui vel plui. plutum
Ruo rui ruitum vel rutum
Compositum solum utum, vt diruo dirutum.

Cluo clui
Congruo congrui
Ingruo ingrui — sine supino
Luo lui
Metuo metui

In Bo

Glubo glupſi gluptum
Tria pſi,ptum Nubo nupſi nuptum
Scribo ſcripſi ſcriptum.
Bibo bibi bibitum
Tria bi,tum Lambo lãbi lambitum
Scabo ſcabi ſcabitum.

Compoſita ex cubo ſuum ſimplex imitãtur. Cubo cubui, accũbo accubui, cõcumbo concubui, &c.

In Co

Inchoatiuæ formæ verba, tum præteritis, tum ſupinis carent, vt caleſco, frigeſco. Quod ſi omnino velis præterita, ad primitiuæ formæ verba recurre, vt caleſco calui. tepeſco tepui. Gliſco & præterito & ſupino caret.

Cætera ſic habent.

Creſco creui cretum
Paſco paui paſtum
Noſco noui notum vel noſcitum
Ignoſco ignoui ignotum vel ignoſcitum
Agnoſco agnoui agnitum vel agnoſcitũ
Cognoſco cognoui cognitũ vel cognoſcitũ
Cõpeſco cõpeſcui cõpeſcitum
Diſpeſco diſpeſcui diſpeſcitum
Impeſco impeſcui impeſcitum

Digitized by Google

Disco didici discitum
Posco popoſci poſcitum
Conquiniſco conquexi, ſine ſupino.
Dico dixi dictum
Duco duxi ductum
Pollinco pollinxi pollinctum
Ico ici ictum
Vinco vici victum
Parco peperci vel parſi parſum

In Do

Cudo cudi cuſum
Edo edi eſum
Di in præterito, & ſum in ſupino
Incendo incendi incenſum
Prehẽdo prehẽdi p̃henſum
Scando ſcandi ſcanſum.
Accendo accendi accẽſum
Defendo defendi defenſum

Rudo rudi
Sido ſidi ſine ſupino.
Strido ſtridi

¶Excipiuntur

Pando pandi paſſum vel panſum.
Comedo comedi comeſum, vel comeſtum.
Frendo frendi freſum.

Digitized by Google

Cado cecidi casum.
Cædo cecidi cæsum.
Cedo cessi cessum.
Pedo pepedi peditum.
Pendo pependi pensum
Tendo tetendi tensum vel tentum
Tundo tutudi tusum vel tunsum
¶ Composita non geminant: impendo impendi impensum, atttendo attendi attentum, obtundo obtudi, penultima correpta
Fundo fudi fusum
Findo fidi fissum
Fido fisus sum fisum
Scindo scidi scissum
Abdo abdidi abditum
Condo condidi conditum.
Sic cætera composita ex do.
Abscondo abscondi absconditum vel absconsum.
Claudo claudi clausum ¶ Composita extrudunt illud a, concludo conclusi concluſum.
Diuido diuisi diuisum
Lædo læsi læsum
Ludo lusi lusum
Plaudo plausi plausum

Rado rasi rasum
Rodo rosi rosum
Trudo trusi trusum
Vado vasi vasum.

In Go xi, ctum.

Affligo afflixi afflictum
Ango anxi anctum
Cingo cinxi cinctum
Clango clanxi clanctum
Iungo iunxi iunctum
Pungo punxi punctum
Lingo linxi linctum
Mungo munxi munctum
Plango planxi planctum
Stringo strinxi strictum
Rego rexi rectum
Sugo suxi suctum
Stinguo stinxi stinctum
Tingo tinxi tinctum
Vngo vnxi vnctnm
Fingo finxi fictum
Pingo pinxi pictum
Mingo minxi mictum
Ringo rinxi rictum.

Excipiuntur.

Digitized by Google

Ago egi actum
Figo fixi fixum
Frigo frixi frictum
Frango fregi fractum
Lego legi lectum
Diligo dilexi dilectum
Intelligo intellexi intellectum
Negligo neglexi neglectum
Pango pepegi pegi panxi pactum
Dego degi, ſine ſupinis
Satago ſategi, ſine ſupinis
Pungo pupugi, caret ſupinis
Fulgo fulſi fulſum
Mergo merſi merſum
Spargo ſparſi ſparſum
Tergo terſi terſum
Vergo verxi vel verſi, verſum.

In Ho, xi, ctum.

Trabo traxi tractum
Veho vexi uectum

In io ſyllabã Meio mei vel minxi mictũ.

In Lo.

Vi in ptõ, Alo alui alitũ, vel p ſync. altũ.
in ſupino Colo colui cultum
non oia Conſulo conſuli conſultum
ſimiliter. Occulo occului occultum

Molo molui molitum
Olo olui olitum
Volo volui, ſine ſupino.
Antecello antecellui
Excello excellui ſine ſupino.
Præcello præcellui

Excipiuntur

Fallo fefelli falſum
Pello pepuli pulſum
Sallo ſalli ſalſum
Pſallo pſalli, ſine ſupino.
Vello velli vel vulſi, vulſum
Tollo tetuli vel tuli, latum
Percello perculi perculſum
Procello proculi proculſum

In Mo

Como compſi comptum
Demo dempſi demptum
Emo emi emptum
Fremo fremui fremitum
Gemo gemui gemitum
Premo preſſi preſſum
Promo prompſi promptum
Sumo ſumpſi ſumptum
Tremo tremui, ſine ſupino
Vomo vomui vomitum.

Digitized by Google

In No

Cano cecini cantum ¶ Compo
ſita à cano habent ui, vel ni in ptō, accino,
ccinui vel accini, accentū. Concino, con
tinui vel concini, concentum, &c.
Cerno creui cretum
Gigno genui genitum
Lino liui vel leui, litum
Pono poſui poſitum
Sperno ſpreui ſpretum
Sino ſiui ſitum
Sterno ſtraui ſtratum
Temno tempſi temptum.

In Po, pſi, ptum.

Carpo carpſi carptum
Clepo clepſi cleptum
Sarpo ſarpſi ſarptum
Repo repſi reptum
Serpo ſerpſi ſerptum
Scalpo ſcalpſi ſcalptum
Sculpo ſculpſi ſculptum.

In Quo

Linquo liqui lictum
Coquo coxi coctum.

In Ro

Digitized by Google

Curro cucurri curſum
Fero, tuli, latum
Furo & præterito & ſupino caret
Gero geſſi geſtum
Quæro quæſiui quæſitum
Tero triui tritum
Vro vſſi vſtum
Verro verri vel verſi, verſum
Sero pro ſemino, ſeui ſatum: pro ordino, ſerui ſertum.

In So, ſiui, ſitum.

Accerſo accerſiui accerſitum
Arceſſo arceſſiui arceſſitum
Inceſſo inceſſiui inceſſitum
Laceſſo laceſſiui laceſſitum
Quæſo quæſiui quæſitum

Excipiuntur

Capeſſo capeſſiui vel capeſſi, capeſſitũ (vel capeſſum.
Faceſſo faceſſiui vel faceſſi, faceſſitum (vel faceſſum.
Viſo viſi viſum
Pinſo pinſui pinſitũ vel pinſum piſtũ.

In To

Flecto flexi flexum

Digitized by Google

Necto nexi vel nexui nexum
Plecto plexi vel plexui plexum
Pecto pexi, pexui vel pectui, pexũ vel (pectitum
Meto messui messum
Peto petiui petitum
Sterto stertui, sine supino
Mitto misi missum
Sisto stiti statum
Verto verti versum.

In Vo

Cauo caui cautum
Lauo laui lautum
Caluo calui, sine supino
Feruo ferui, sine supino
Soluo solui solutum
Voluo volui volutum
Viuo vixi victum

In Xo

Nexo nexui nexum
Texo texui textum.

EXEMPLVM PASSIVORVM

Tertiæ coniugationis

Indicatiuo modo tẽpo. præsenti.

S. Legor legeris vel legere legitur
P. Legimur legimini leguntur.

Digitized by Google

Præterito imperfecto

S. Legebar legebaris vel legebare legebatur

P. Legebamur legebamini legebantur.

Præterito perfecto

S. Lectus ſum vel fui, lectus es vel fuiſti, lectus eſt vel fuit

P. Lecti ſumus vel fuimus, lecti eſtis vel fuiſtis, lecti ſunt, fuerunt vel fuere.

Præterito pluſquamperfecto

S. Lectus eram vel fueram, lectus eras vel fueras, lectus erat vel fuerat

P. Lecti eramus vel fueramus, lecti eratis vel fueratis, lecti erant vel fuerant.

Futuro

S. Legar legeris vel legere legetur

P. Legemur legemini legentur.

Imperatiuo mõ temp. præſenti

S. legere legatur

P. Legamur legimini legantur.

Futuro

S. legitor tu legitor ille

P. Legamur legiminor leguntor.

Optatiuo modo tempore preſenti, & præterito imperfecto

Digitized by Google

S. vtinam Legerer legereris vel legereꝛe (legeretur
P. vtinam Legeremur legeremini legerentur.

Præterito perfecto & plusq̃per.

S. vtinã Lectus eſſem vel fuiſſem, lectus eſſes vel fuiſſes, lectus eſſet vel fuiſſet
P. vtinã lecti eſſemus vel fuiſſemus, lecti eſſetis vel fuiſſetis, lecti eſſent vel fuiſſẽt.

Futuro

S. vtinã Legar legaris vel legare legatur
P. vtinã Legamur legamini legantur.

Coniunctiuo modo temp. præ.

S. cum Legar legaris vel legare legatur
P. cum Legamur legamini legantur.

Præterito imperfecto

S. cum Legerer legereris vel legerere legeretur
P. cum Legeremur legeremini legerẽtur.

Præterito perfecto.

S. cũ Lectus ſim vel fuerim, lectus ſis vel fueris, lectus ſit vel fuerit.
P. cum Lecti ſimus vel fuerimus, lecti ſitis vel fueritis, lecti ſint vel fuerint.

Præterito perfecto & plusquamperfecto

S. cum Lectus essem vel fuissem, lectus es
ses vel fuisses, lectus esset vel fuisset.
P. cũ lecti essemus vel fuissemus, lecti esse
tis vel fuissetis, lecti essent vel fuissent.

Futuro

S. cum lectus ero vel fuero, lectus eris vel
fueris, lectus erit vel fuerit
P. cum lecti erimus vel fuerimus, lecti eri
tis vel fueritis, lecti erunt vel fuerint.

Infinitiuo modo tempore

præsenti & ptõ imper. Legi.

¶ Cęteræ cõiug. hic habent ri: Amari, do
ceri, audiri: hæc simpliciter mutat or præ
sentis in i, legor legi, dicor dici.

Ptõ. perfecto & plusquamperfecto

Lectum esse vel fuisse.

Futuro, Lectum iri vel legendum esse.

Participia.

Lectus, Legendus.

Deponentia tertię coniugationis.

Amplector, amplexum, amplexus sum
vel fui.
Adipiscor, adeptum, adeptus sum.
Cõminiscor, cõmentum, cõmentus sum.
Complector, cõplexum, complexus sum.
Expgiscor, experrectũ, experrectus sum.

Fatiſcor, feſſum, feſſus ſum.
Fruor, fructum vel fruitum, fructus ſum vel fruitus.
Fungor, functum, functus.
Gradior, graſſum vel greſſum, graſſus vel greſſus.
Iraſcor, iratum, iratus.
Labor, lapſum, lapſus.
Liquor, caret ſupino & præterito.
Loquor, locutum, locutus.
Morior, mortuum, mortuus.
Nanciſcor, nactum, nactus.
Nitor, niſum vel nixum, nixus.
Obliuiſcor, oblitum, oblitus.
Ordior, orſum, orſus. Orior, ortũ, ortus.
Paciſcor, pactum, pactus.
Patior, paſſum, paſſus.
Proficiſcor, profectum, profectus.
Queror, queſtum, queſtus.
Reminiſcor, caret præterito & ſupino.
Sequor, ſecutum, ſecutus.
Tuor, tuitum vel tutum, tuitus vel tutus ſum.
Veſcor caret ſupino & præterito.
Vlciſcor, vlctum vel vltum, vlctus vel vltus.
Vtor, vſum, vſus.

EXEMPLVM ACTIVORVM quartæ Coniugationis.

Indicatiuo modo tempore præsenti.

S. Audio audis audit
P. Audimus auditis audiunt.

Præterito imperfecto

S. Audiebam audiebas audiebat
P. Audiebamus audiebatis audiebant.

Præterito perfecto

S. Audiui audiuisti audiuit
P. Audiuimus audiuistis audiuerũt vel (audiuere.

¶ Syncopam admittunt sæpissime omnia præterita cõiugationis quartæ actiuorum, audij, audisti, audieram, audissem, &c.

Præterito plusquamperfecto.

S. Audiueram audiueras audiuerat
P. Audiueramus audiueratis audiuerãt.

Futuro

S. Audiam audies audiet
P. Audiemus audietis audient

Olim ibo ibis, &c. Audibis male si male dixeris. Chremes in Adelphis, lam scibo.

Digitized by Google

Imperatiuo modo tem. præ.

S. Audi, audiat.
P. Audiamus, audite, audiant.

Futuro.

S. Audito tu, audito ille.
P. Audiamus, auditote, audiunto vel audiuntote.

Optatiuo modo tem. præ.

senti & præte. imperfecto.

